

**QUAESTIONUM  
EPIGRAPHICARUM  
DE IMPERII ROMANI  
ADMINISTRATIONE  
CAPITA SELECTA**

---

Wilhelm Liebenam



M  
iv  
60<sup>l</sup>



Stack





302682362W

1923

QVAESTIONVM EPIGRAPHICARVM  
DE IMPERII ROMANI ADMINISTRATIONE  
CAPITA SELECTA

DISSERTATIO HISTORICA

QVAM

SCRIPSIT ET AD RITE CONSEQVENDOS  
SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES  
AMPLISSIMO IN VNIVERSITATE FRIDERICIA  
GVILELMIA RHENANA PHILOSOPHORVM  
ORDINI TRADIDIT ATQVE DEFENDET  
PVBLICE PRIDIE CALEND. AVG. ANNI  
MDCCCLXXXII HORA XII CVM SENTENTIIS  
CONTROVERSIIS

GVILELMVS LIEBENAM

ISLEBIENSIS

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT

G. HERTZSCH DR. PHIL.  
AEM. NIEPMANN CAND. PHIL.  
GVIL. SCHVRZ STDV. PHIL.

BONNAE

EX CAROLI GEORGI TYPOGRAPHI ACADEMICI

OFFICINA



M  
iv  
60l



18 SEP 1956

ARNOLDO SCHAEFER

HASCE STVDIORVM PRIMITIAS SACRAS ESSE VOLVIT

AVCTOR



## PRAEFATIO.

Imperii Romani administrandi quam inierint imperatores rationem quod fere nihil nobis prodiderint veterum scriptores vehementer querimus ac dolemus. Late patebant imperii fines quibus nationes diversis moribus legibusque constitutae, gentes immanes ac barbarae continebantur: singulari quadam arte cuncta unius nutu regebantur qui 'sparsa congregavit imperia ritusque molliit et tot populorum discordes ferasque linguas sermonis commercio contraxit colloquia et humanitatem homini dedit' 1). Quicumque labentis rei publicae, imperii ad interitum vergentis tempora replicavit, fundamenta admodum concussa et labefactata non prius quam saeculo quinto christiano concidisse mirari debebit. Cuius rei causas quisquis ex scriptoribus explorare studebit, pauca tantum inveniet: scriptores tacent, lapides loquuntur. Ex titulis nobis profluit institutorum veterum cognitio et scientia tamquam e largae aquae fonte. Titulis usi homines etiam docti huius temporis rationem imperii administrandi a populo Romano adhibitam et antiquitates Romanas investigaverunt. Sed tantum abest ut fontes illos abundantes penitus hauserint, ut ne eas quidem inscriptiones quae adhuc et academiae Borussiae opera et priorum epigraphicae scientiae doctissimorum cura diligentiaque sunt publicatae pertractaverint.

Superiore anno cum L. Septimii Severi artem et rationem reipublicae moderandae disquirere studebam, tres habebam res quae in conscribenda imperii Romani historia nondum satis percognitae mihi viderentur, etsi tituli has quaestiones sane difficiles et minutas aliquatenus declarant. Ac

---

1) Plin. h. n. III, 39. cf. Rutil. Nemesian. Itin. I, 63: fecisti patriam diversis gentibus unam.



primum quidem provinciarum statum quomodo imperatores meliorem reddiderint ad hoc tempus luculenter non sumus experti. Non dicam Mommsenii Marquardtii Kuhnii aliorum commentationes nihil valuisse ad percognoscendas antiquitates Romanas et ad provinciarum administrationem explorandam: immo viri illi quorum merita laude nostra non indigent viam munierunt qua nobis tironibus procedendum est. At iidem haud ignorant quam multa tamquam caligine spissa sint obruta atque offusa: desiderant disquisitiones diligentes ac subtiles quibus nixi historiam imperii Romani melius quam antea scribere possint.

Operam navabant imperatores ut qui provinciis fungerentur aequitate et continentia excellerent. 'In magno quidem odio erant Romani apud exterarum nationes propter eorum quos ad eas cum imperio miserant iniurias et libidines' <sup>1)</sup>. Sed Augustus negotiatores quos ius commercii dein cupido augendi pecuniam <sup>2)</sup> in provincias transtulerat coercuit. Italia sane fundamentum totius imperii dignitate provinciis superiorem videbatur; cum vero mores Romani per orbem terrarum propagarentur <sup>3)</sup> ac coloniae quasi specula deductae <sup>4)</sup> populi Romani et propugnacula subsidiaque adversus rebelles etiam socios ad officia legum imbuerent et instituerent (Cic. pro Font. 9 § 13. Tac. ann. XII, 32) discrimina quae inter Italiam et subiectas nationes diu valuerant, sensim auferebantur. Septimius Severus in ipsa Italia legionem II Parthicam constituit et praetorianis cohortibus quae subsidia factionum aptissima habebantur dissolutis inimicitiam legionum barbararum et praetorianorum <sup>5)</sup> delevit. Caracalla deinde ius

1) Cic. pro lege Manil. 22. Tac. ann. I, 2: suspecto senatus populi que imperio ob certamina potentium et avaritiam magistratum.

2) Plin. h. n. 9, 17: opes provinciarum spoliis partae. Cic de prov. cons. 5: nationes natae servituti.

3) Vell. II, 110: in omnibus Pannoniis non disciplinae tantummodo sed linguae quoque notitia Romanae, plerisque etiam litterarum usus et familiaris animorum erat exercitatio.

4) De coloniis militaribus libros quattuor scripsit A. W. Zumpt in commentationibus epigraphicis. Berol. 1850. I p. 195 sqq. Ruperti de coloniis Romanorum. Romae 1834.

5) Henzen 6686: Hic Situs Est Iustus Laudator et Aequus

civitatis Romanae antea per singulos impetrandum commune fecit omnibus subiectis nationibus. Iul. epit. Constit. LXXII, 5. Causas quibus commotus imperator beneficium illud praeiudicavit Dio Cassius memoriae tradidit (LXXVII, 9): οὐ ἕνεκα καὶ Ῥωμαίους πάντας τοὺς ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ λόγῳ μὲν τιμῶν, ἔργῳ δὲ ὅπως πλείω αὐτῷ καὶ ἐκ τοῦ τοιοῦτου προσίῃ διὰ τὸ τοὺς ξένους τὰ πολλὰ αὐτῶν μὴ συντελεῖν, ἀπέδειξεν. Diocletianus Italiae ipsi adhuc liberae tributum imposuit; quod veteres adversus victos iure belli fecerant, ille 'adversus Romanos Romanisque subiectos facere ausus est'. Lactant. de morte persec. 23<sup>1</sup>).

Deinde quaeritur quomodo imperatores exercitum principatus fundamentum optimum tractaverint. Saepius enim in componendo exercitu mutationes factas esse constat; sed praeter Langium et Marquardtium vix quisquam de hac re scripsit.

Tertia autem quaestio haec est. Senatus cum novum rerum statum improbaret principibusque semper adversaretur, imperatores coegit ut reipublicae 'umbram reliquam et residuum libertatis nomen eriperent'. Eamque ob rem ordini equestri ita favebant, ut equitibus ad omnia fere munera officiaque et privata et publica aditus pateret. Doleo quod nemo historiam equitum Romanorum quam tituli perbene illustrent scripserit. Marquardtii opusculum semper summa laude dignum, quod ante hos quadraginta annos prodiiit: 'Historiae equitum Romanorum libri IV' vix sufficit; neque quae Friedlaender *sittengeschichte Roms* vol. I, p. 248—261, neque quae Madvig (*die verfassung und verwaltung des römischen staates* I p. 155—182) de equestri ordine contulerunt secundum librorum illorum rationem consiliaque auctorum omnes quaestiones explicant. E. Belot scripsit quidem librum: 'histoire des chevaliers Romains' duobus voluminibus Paris. Lut. 1866. 1873; sed de imperatorum aetate pauca

---

Sassina Quem Genuit Nunc Aquileia Tenet Optime Qui Cohortis Centuriam Reguit Praetoriae Fidis Non Barbaricae Legionis. . . .

1) Aur. Vict. de Caes. 39, 31: hinc parti Italiae invectum tributorum ingens malum.

tantum neque novi quidquam affert 1). Variis locis O. Hirschfeld in libro suo qui inscribitur 'untersuchungen auf dem gebiete der römischen Verwaltungsgeschichte' in equitum Romanorum historiam ab Augusto usque ad Diocletianus sagaciter inquisivit.

Quae cum ita sint hoc mihi proposui exsequendum: ut et equestris ordinis potestatem auctoritatemque et senatus impotentiam debilitatemque commentationibus pluribus absolvam. Ab ordine equestri exordium faciam. Praemissis paucis de equitibus eorumque condicione sub imperatoribus primum de militiis equestribus deinde de procuratorum nomine et muneribus, tertium de provinciarum per procuratores administratione agam. Omittendas putabam procuraturas civiles iam ab Hirschfeldio libro laudato accurate expositas. Imprimis etiam seriem qua sese exceperint militiae paucis lineis adumbrabo.

Non ignoro esse quosdam qui me vituperent quod non ab ordine senatorio principium duxerim. Patres summa dignitate sub imperatoribus quoque fuisse praeditos concedo; summa vero auctoritate usi sunt equites qui e certamine inter ordines illos conflato superiores decessere. Potestas senatui erepta ordini equestri tradita est.

In re ipsa tractanda ita sum versatus ut tempus tantum inter Augustum et Diocletianum attingerem, ut quae ab aliis iam satis luculenter demonstrata viderentur, aut praeterirem aut paucissimis verbis exponerem. Praebeo hac dissertatione quasi prolegomena historiae equitum Romanorum quae fundamenta iaciant ad auctoritatem et ordinis equestris et ordinis

---

1) Nonnullas commentationes de equitibus annoto: Madvig de loco Ciceronis in libro IV de Republica ad ordinis equestris instituta spectante disputatio. Opuscul. acad. II p. I p. 72. Hauniae 1834. — Zumpt, 'über die römischen ritter und den ritterstand' in abhandlungen der berl. acad. 1839. — Ihne 'über die Ritter' in forschungen auf dem gebiete der röm. verfassungsgeschichte p. 117. Frankfurt a. M. 1847. — Niemeyer de equitibus Romanis commentatio historica. Gryphiae 1851. cf. Gött. gel. anzeigen 1851. no. 188—191. — Gomont, Histoire des chevaliers romains depuis Romulus jusqu'à Galba. Paris 1854. — Naudet, de la noblesse et des récompenses d'honneur chez les Romains. Paris 1863.

senatorii sub imperatoribus exhibitam melius quam antea per-  
cognoscendam.

Libros praecipuos non semper pleno titulo dictos  
quibus sum usus annoto:

- C. vel C. I. L. = Corpus Inscriptionum Latinarum. I—  
VIII.
- C. I. G. = Corpus Inscriptionum Graecarum. I—  
IV.
- Or.-Henzen = Orelli-Henzen, inscriptionum latinarum  
collectio. Turici 1828. 1856.
- Wilm. = Wilmanns, Delectus inscriptionum. Be-  
rolini 1873.
- Mommsen I. N. = Mommsen, Inscriptiones regni Neapoli-  
tani. Lipsiae 1862.
- Gruter = Gruter, Thesaurus inscriptionum. Hei-  
delbergae 1613. 1663.
- Murat. = Muratori, Novus thesaurus veterum in-  
scriptionum. Mediol. 1739.
- Renier I. A. = Renier, Inscriptions de l'Algérie. Paris  
1855.
- Fabr. = Fabretti, Inscriptionum antiquarum ex-  
plicatio. Romae 1702.
- Boissieu = A. de Boissieu, Inscriptions de Lyon.  
Lyon 1846. sqq.
- Kellerm. = Kellermann, Vigilum Rom. duo laterula  
Coelimontana. Romae 1837.
- Brambach = Brambach, Corpus inscriptionum Rhe-  
nanarum. Elberfeldae 1867.
- Borghesi = Borghesi, Oeuvres complètes. I—IV.
- Donati = Ad novum thesaurum vet. inscr. cl. v.  
L. A. Muratorii supplementum colle-  
ctore Seb. Donato. Lucae 1765.  
1775.
- Marini Atti. = Gaetano Marini, Atti e monumenti  
de' fratelli Arvali. Roma 1795.
- Reinesius = Reinesii Syntagma inscriptionum anti-  
quarum. Lipsiae 1682.

- Eph. ep. = *Ephemeris epigraphica*. vol. I—IV.  
 Mommsen = Mommsen, *Römisches Staatsrecht*. voll. I<sup>2</sup>. II<sup>2</sup>.  
 Marquardt = Marquardt, *Roemische Staatsverwaltung*. ed. II (vol. I); ed. I (vol. II).  
 Madvig = Madvig, *Die Verfassung und Verwaltung des römischen Reichs*. I. 1881. II. 1882.  
 Friedländer = Friedländer, *Sittengeschichte Roms*. I<sup>5</sup>—III<sup>5</sup>. 1881.  
 Hirschfeld = O. Hirschfeld, *Untersuchungen auf dem Gebiete der röm. Verwaltungsgeschichte*. I. 1876.  
 Klein = J. Klein, *Römische Verwaltungsbeamte*. I. 1878.  
 Bethmann-Hollweg = Bethmann-Hollweg, *Der röm. Civilprocess*. I—III.  
 Kuhn = Kuhn, *Die städtische und bürgerliche Verwaltung des röm. Reichs*. I. II. 1864/65.

## I. DE ORDINE EQVESTRI.

Senatum et ordinem equestrem fere omni tempore dissensisse constat<sup>1)</sup>. Patres Augusto ob ereptam potestatem irascebantur etsi iam eo necessitatis erat ventum, ut Taciti verbis utar (hist. I, 16), ut immensum imperii corpus stare ac librari sine rectore non posset. Initio quidem imperatores senatum tamquam summum imperii consilium venerabantur, nonnulli etiam principes leges a senatu petendas, reges bar-

1) Varr. apud Non. p. 454: equestri ordini iudicia tradidit ac bicipitem civitatem fecit discordiarum civilium fontem. Cf. Plin. h. n. XXXIII, 34: 'M. Cicero demum stabilivit equestre nomen in consulatu suo . . . ab illo tempore plane hoc tertium corpus in republica factum est. coepitque adiici senatui populoque Romano et equester ordo'. Quam prave dicta sint haec Plinii verba Marquardt (historia equit. p. 26. 29) et Madvig (verf. I p. 167) exposuerunt. Comparari potest Censorini locus (de die natali 15 § 4—5): amplissimus senatus ordo, ordinis equestris dignitas, humillior plebs. Histor. Aug. Gall. 8. Aurelianus, 12.

baros senatui supplicaturos, pacem et bella senatu auctore tractanda censuere'. Hist. A. Tac. 12. Tiberius Suetonio c. 30. teste de omni re ad patres conscriptos retulit: 'de vectigalibus ac monopolis, de extruendis reficiendisve operibus, etiam de legendo vel exauctorando milite ac legionum et auxiliorum discriptione, denique quibus imperium prorogari aut extraordinaria bella mandari, quid et qua forma regum litteris rescribi placeret'. Quid? castigavitne Tiberius patres quod cuncta curarum ad principem reiicerent? Tac. ann. III, 35. Revera autem imperatores ipsam umbram senatoriae potestatis delere studebant nec plus eum auctoritatis habere quam urbis Romae consilium voluerunt. Raras post Actiacam pugnam nobilitatis reliquias Octavianus Caesar oppressit<sup>1)</sup>, etsi princeps tamquam primum inter pares sese gessit. Neque magna apud cives Romanos fruebatur dignitate senatus. Saepius enim equites in patrum numerum recipi noluerunt<sup>2)</sup>. Suet. Claud. 24. Dio LXVII, 13. Seneca ep. 98: 'honores repulit pater Sextius qui ita natus ut rem publicam deberet capessere, latum clavum D. Iulio dante non recepit'. Sed reservabantur patribus nonnulla privilegia quibus servitium libertatis imagine tegerent.

Quo modo equitum nomen quod diu in turmis equorum subsistebat. publicorum (Plin. h. n. 33, 30) ad ordinem equestrem sit tralatum aut qua ratione Octavianus ordinem equestrem ordinaverit mitto. Augustus cum 'munia senatus magistratum legum in se trahere' studeret, optimum quemque<sup>3)</sup> maxime ex equitum numero elegit consiliorumque suorum participem reddidit<sup>4)</sup>. Tac. ann. VI, 11: Cilnium Maecenatem equestris ordinis cunctis apud Romam atque Italiam praeposuit. Vell. Paterc. II, 88. Dio Cass. XLIX, 16. Nero etiam

1) De hac re Friedlaender I p. 210 sqq. 232 sqq. multa collegit.

2) Tac. ann. XVI, 17: Mela — petitione honorum abstinerat per ambitionem praeposteram, ut eques Romanus consularibus potentia aequaretur; simul acquirendae pecuniae brevius iter credebat per procuraciones administrandis principis negotiis. Cf. Duruy, histoire des Romains III p. 386. Paris 1871.

3) Tac. ann. IV, 6: Caesar res suas spectatissimo cuique quibusdam ignotis ex fama mandabat.

4) cf. Suet. Octav. c. 37—40.

ut senatum terreret saepe se 'provincias et exercitus equiti Romano ac libertis permissurum' minatus est. Suet. Nero 37. Idem Cassius Dio libro illo quo de ratione imperii administrandi pauca quidem sed haud spernenda verba prodidit Maecenatem suadentem facit: τὰς τε διοικήσεις τῶν χρημάτων, τῶν τε τοῦ δήμου καὶ τῶν τῆς ἀρχῆς λέγω καὶ τὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ τῇ δὲ ἄλλῃ Ἰταλίᾳ καὶ τὰς ἔξω πάσας οἱ ἵππεις διαχειρίζεσσαν<sup>1)</sup>. Ita factum est ut equites magna apud imperatores auctoritate valuerint praesertim cum libertinos qui favore nonnullorum principum admodum usi ad servitium promptiores imperii administrationem suam fecerant provinciam<sup>2)</sup>, repressissent. Augustus 'multos libertorum in honore et usu maximo habuit' ut Licinum<sup>3)</sup> Celadum aliosque. Suet. Aug. 67. Vedius Pollio<sup>4)</sup> ex amicis Augusti libertinus erat (Plin. h. n. 9, 23); Mena, Antonius Musa, Philopoemen (Dio 47, 7. Suet. Aug. 27) imperatoris gratia in equitum numerum sunt recepti. Augustus providentia quadam quam alii principes nonnumquam negligebant, semper libertinos tractavit<sup>5)</sup> neque totum sese eorum consiliis permisit. Tiberio imperante etiam praefectum Aegypti ex libertinis invenimus. Dio LVIII, 19. Nero e libertis Polyclitum misit 'ad spectandum Britanniae statum magna spe posse auctoritate eius inter legatum procuratoremque gigni concordiam'. Claudius libertos quos rei familiari praefecerit sibi et legibus adaequasse dicitur. Tac. ann. XII, 60. Vitellius<sup>6)</sup> autem ministeria principatus per libertos agi solita in equites disposuit et Hadrianus<sup>7)</sup> 'aegros bis ac ter die et nonnullos equites Romanos ac libertos visitavit'. Apud Marcum libertos Geminum et

1) Dio LII, 25. LIII, 15. LVII, 23.

2) De muneribus domesticis Caesaris per libertinos administratis V. Friedlaenderi descriptionem I p. 70 sqq. et Orellianae c. IX.

3) Hirschfeld p. 282, ann. 1.

4) Friedlaender I p. 204 sqq.

5) Suet. Aug. 74. Dio LVI, 33. Mommsen II, p. 807 sqq.

6) Tac. hist. I, 58. II, 57. 95. (Asiaticus libertus sane magno honore fruebatur). Dio LIII, 15. Suet. Vit. 12. cf. Tac. hist. I, 76.

7) Hist. A. Hadr. 9. cf. Plin. paneg. 88: Tu (Traianus) libertis tuis summum quidem honorem sed tamquam libertis habes abundeque sufficere iis credis si probi et frugi existimentur.

Agaclytum multum valuisse Capitolinus perhibet (vita 15. Ver. 9). Alexander autem Severus qui veteres mores imperiique pristinam sinceram condicionem restituere studebat<sup>1)</sup> 'libertinos numquam in equestrem locum redegit, asserens seminarium senatorum equestrem ordinem esse'. Lamprid. Alex. Sev. 19.

Etsi liberti 'malis temporibus partem se rei publicae fecerunt'<sup>2)</sup> tamen equites sensim omnibus fere muneribus totaque administratione imperii sunt potiti. Recte Seneca dicit (controv. 2, 9, 150) censum tantum equitem a plebe discernere<sup>3)</sup>; revera enim equites ne humillimum quidem officium repudiabant, dummodo pecuniam opesque afferret quam maximas. Minime iis ut probrum obiiicio quod histriones in scenam prodierint; principes etiam in circo pugnare non erubere. Sed scribe munere fungebantur et officio a voluptatibus erant praepositi<sup>4)</sup>. Quod dedecus Vitellius legibus coercere frustra studuit. Dio LXV, 6. Tac. ann. II, 62. Alii equestris ordinis homines praefecturis summis, Aegypti et praetorii<sup>5)</sup>, quae culmina equestris dignitatis habebantur dignos sese praebuerunt. Distinguendi igitur sunt hoc in ordine cum Dione (LXXIV, 5.): οἱ ἰππεῖς οἵτε ἐς τὴν ἰππάδα ἀκριβῶς τελοῦντες καὶ ἐκ τοῦ βουλευτικοῦ γένους ὄντες· οἱ νεανίσκοι ἐκ τε τοῦ βουλευτικοῦ γένους καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἰππέων. οἱ ἰππεῖς τοῦ τέλους<sup>6)</sup>

1) Hist. Aug. Al. Sev. 15: 'senatum et equestrem ordinem purgavit'. cf. Or. 2952 titulum Corinthiacum qui Theopraepon Aug. lib. Alexandri Severi procuratorem praedicat.

2) Tac. hist. I, 76.

3) Census equestres lege Roscia HS 400000 definitur. Plin. ep. I, 1, 2. De quibusdam ordinis equestris insignibus ut de iure anuli aurei v. Marquardtii hist. equitum p. 85—91. Plin. h. n. 83, 29: anuli distinxere alterum ordinem a plebe . . . sicut tunica ab anulis senatum. De censu cf. Friedlaenderum I, 220, 249.

4) Suet. Tib. 42.

5) Suet. Tit. 6: praefecturam quoque praetorii suscepit numquam ante id tempus nisi ab equite Romano administratum. Hist. Aug. Pert. 2. Mommsen II, 238: 'für die praefecti und procuratores der eignen herrschaften des kaisers besteht nur die negative regel, dass der senator für diese stellungen disqualificirt ist'.

6) Dion. Halic. VI, 13. Dio Cass. LXIII, 13. LVI, 42.



καὶ οἱ εὐγενεῖς παῖδες. Nonnulli equitum etiam senatoriam aequiparabant dignitatem<sup>1)</sup>. Quam ob rem Claudius ornamenta consularia etiam procuratoribus ducenariis indulsit. Suet. Claud. 24. Tac. ann. XII, 21: consularia insignia Ciloni, Aquilae praetoria decernuntur.

Maxime vero equites procuraturas administrabant, quae etsi minime inter se honore pares erant, pro nobilitate equestri habebantur<sup>2)</sup>.

Iam ante initum imperium cum patribus omnis quaestus indecorus videretur<sup>3)</sup> equites negotia tractabant. Liv. XXI, 63. Cic. Parad. 6, 1, 42. In provinciis multum valebant equestri ordinis publicani<sup>4)</sup> quibus 'flos equitum ornamentum civitatis firmamentum rei publicae continebatur'. Cic. pro Planco 9. pro leg. Manil. 7. de prov. cons. 5. Deinde equites frumenta et pecuniae vectigales cetera publicorum fructuum ut antea mandatu principis cogebant. Tac. ann. IV, 6. XIII, 50. Seneca ep. 119. 120. Suet. Vesp. 1. Accedit quod Augustus Aegyptum copiasque quibus coerceretur equitibus reservaverat. Tac. ann. II, 59: 'Nam Augustus inter alia dominationis arcana vetitis nisi permissu ingredi senatoribus aut equitibus illustribus seposuit Aegyptum'<sup>5)</sup>.

---

1) Tac. ann. XVI, 17. Ioseph. ant. 19, 1, 1: Μυρία τε εὐρίσκετο Καλιγούλα καὶ κατὰ τῶν ἰπέων μὲν καλουμένων, ἀξιώματι καὶ δυνάμει χρημάτων ὅμοια τοῖς συγκλητικοῖς ὑπὸ τῆς πόλεως ἀγομένων διὰ τὸ ἐκ τούτων εἰς τὴν βουλήν εἶναι κατακλήσεις. De equitibus illustribus v. Marquardtii hist. equit. p. 77. Post Hadrianum ordinem equestrem idem valere atque equites equo publico Marquardt l. c. p. 94 demonstravit.

2) Tac. Agric. 4. Agricola utrumque avum procuratorem Caesarum habuit quae equestri nobilitas est.

3) Cf. Friedlaenderi sitt. I p. 227 sqq. Saepius quaestus cupidine senatorium ordinem exuebant. Tac. hist. II, 86. ann. XVI, 17.

4) 'Publicani autem dicuntur qui publica vestigalia habent conducta'. Dig. 39, 4, 12, § 3. Quam vexarint publicani provincias inter omnes constat. Liv. XLV, 18: ubi publicanus est, ibi aut ius publicum vanum aut libertatem sociis nullam esse. cf. Marquardtii R. St. V. I p. 541. Madvig, verf. u. verw. II p. 74 sqq.

5) Arrian. exped. Al. III, 5, 10. Tac. hist. I, 11: Aegyptus inscia legum, ignora magistratum. Tac. ann. II, 59: Tiberius 'Germanico in-

Procuraturas provinciarum quae ab libertis administratae sunt, enumerabo:

- proc. tractus Carthaginiensis, Bassus Aug. lib. Henzen 6935.  
 proc. reg. Thevestinae, C. I. L. VI, 790.  
 proc. prov. Pannoniae sup. et Africae reg. Thevestinae, M. Ulpus Aug. lib. Pudens, Fabretti 191, 484.  
 proc. Iudaeae Felix Claudii lib., Suet. Claud. 28.  
 proc. insularum Melit. et Gaul. Chrestion, Murat. 1058,3 = Spon. misc. p. 90.  
 proc. Mauretaniae et tractus Campaniae (?) Acastus Aug. lib. Mommsen I. N. 4083.  
 proc. reg. Tevestinae idem Pann. sup. Don. p. 49,8.  
 proc. Formis Fundis Caietae proc. Laurenti ad helephantos Ti. Claudius, Spectator Aug. lib. Or. 2951.  
 proc. Belgicae T. Aelius Aug. lib. Saturninus, Maffei Museum Ver. 319,5.  
 proc. Galliae Licinus lib. Aug., Dio 54, 21.  
 proc. Galliae Lugdunensis et proc. Phrygiae et proc. Castrensis, M. Aurelius Aug. lib. Crescens. C. I. G. 3888.  
 proc. M. Aureli Severi Alexandri Achaeae et Epiri et Thessaliae, Theopraepes lib. Or. 2952.  
 proc. Frygiae }  
 proc. Britanniae } Marcio M. Aureli lib. C. I. L. III, 348.

Ceteros ex libertinis procuratores qui muneribus domesticis vel civilibus fungebantur commemorare non est opus<sup>1)</sup>. Quorum e permagno numero nonnullos tantum exempli gratia addo:

- Boissieu I. d. Lyon p. 252: M. Antonius lib. Ilacus  
 proc. fisci Asiatici proc. prov. Lugdunensis. — C. I. L. II, 1179: T. Flavius Aug. lib. Polychrysus proc. montis Mariani.

crepuit quod contra Augusti instituta non sponte principis Alexandiam introisset. cf. Kuhn, II, 60 sqq. De nonnullis Aegypti praefectis ib. p. 82. cf. Letronne recueil des inscr. de l'Egypte I p. 234.

1) Hirschfeld libro suo variis locis huiusmodi procuratores annotat; sed interdum Ligorianos titulos adhibuit ut Henzen in commentationibus Mommsenianis p. 627. (zu den fälschungen des Pierro Ligorio) demonstravit. Comparanda videtur Friedlaenderi collectio I p. 92 sqq.

— Bruzza n. 258: sub cura Irenaei Aug. lib. proc. — Mommsen I. N. 6846: proc. fisci Alexandriae ad Aegyptum Aug. lib. — C. I. L. III, 1312: M. Ulpus Aug. lib. Hermias proc. aurariorum. — proc. saltus Massipiani C. I. L. VIII, 587. — proc. saltus Carminiacensis (?) cf. Hirschfeld p. 245. Not. dign. Occ. 12, 18 Seeck. — proc. Burunitani C. I. L. VIII, 10570 (proc. c. p. = castelli Burunitani C. I. L. VIII, p. XVIII). — Grut. 575,5: Hermae Aug. lib. a cubiculo Domitiae Aug. Fortunatus proc. fisci Asiatici. — Grut. 371,2: T. Aurelio Aug. lib. Aphrodisio proc. a rat. — Henzen 6643: T. Aelius Aug. lib. Agathopus proc. XX hered. — C. I. L. II, 956: Pudens Aug. lib. proc. fodinae aerariae. — Henzen 6337: proc. aquarum Caesaris libertus (Frontin. 105). cf. Plin. ep. ad Trai. 27. 85. Plin. ep. VI, 31, 8. Mommsen I. N. 3596. Murat. 528,5. Grut. 581, 13. C. I. L. VI, 1577. Or. 3209. C. I. G. 6816.

Tot et tam varia munera a libertinis administrabantur etsi equites operam dederunt ut eos ex officiis etiam civilibus expellerent. Idem consilium Vitellius imperator est persecutus (v. p. 8). Hadrianus<sup>1)</sup> deinde tres summae auctoritatis procuraturas usque ad id tempus per libertos actas ad ordinem equestrem transtulit<sup>2)</sup>. Neque post eum saepius liberti in iis muneribus inveniuntur<sup>3)</sup> praesertim cum Septimius Severus et Diocletianus eandem rationem probantes equites praetulerint. Fortasse igitur Aurelii Victoris de hac Hadriani institutione verba veri aliquid habent: officia 'sane publica et palatina nec non militiae in eam formam statuit quae paucis per Constantinum immutatis hodie perseverant'. epit. IX, 11.

1) Idem rem militarem prorsus mutavit. Lange (hist. mut. rei milit. p. 80 (et Marquardt (II, 575 sq.) hanc rem parum accurate disquisiverunt.

2) Spart. Hadr. 22. Dio LII, 33; καὶ μέντοι καὶ πρὸς τὰς δίκας τὰς τε ἐπιστολάς καὶ τὰ ψηφίσματα τῶν πόλεων τὰς τε τῶν ἰδιωτῶν ἀειώσεις καὶ ὅσα ἄλλα τῇ τῆς ἀρχῆς διοικήσει προσήκει συνεργούς τέ τινας καὶ ὑπηρέτας ἐκ τῶν ἰππέων ἔχε. Quibus de muneribus uberrime egit Friedlaender I p. 152—170. cf. p. 72 sq.

3) Don. 309, 4. Grut. 586, 4. Borghesi Ann. Inst. Arch. 1846 p. 323 sqq. Dio LII, 25.

Sed non modo omnia domestica munera, provinciarum etiam administratio <sup>1)</sup> fere tota paullatim penes ordinem equestrem facta est quod infra demonstrabo cum de procuratoribus agendum mihi erit. Deinde qui delectum in provinciis habuere magna ex parte equites erant <sup>2)</sup>. Renier *mél. d'épigr.* p. 73—96. Mommsen II, 233. 797. 820. Atque cum primo saeculo censitores fuissent senatorii ordinis viri postea equites hoc quoque munus perficiebant. Marquardt II, 208. Madvig II, 441. Sacerdotia etiam provinciarum equitibus committebantur ut ex G. Wilmannsii pereleganti dissertatione 'de sacerdotiorum p. p. R. quodam genere' p. 46 sq. discimus <sup>3)</sup>. Adde praefecturas summas et urbi et praetorio <sup>4)</sup> et procurationum varia genera quae singula enumerare non est huius loci: quid mirum quod equites in affinitatem <sup>5)</sup> ipsam imperatorum recipi voluerint aut rerum sint potiti ut ille M. Opellius Macrinus qui nobilitatem suam dignitati imperatoriae imparem defendit his verbis: τί γοῦν ὑμᾶς ὤνησεν ἡ Κομμόδου εὐγένεια ἢ Ἀντωνίνου ἢ πατρῶα διαδοχή; Herod. V, 1, 5. Eutrop. IX, 1.

Tanta erat equestris ordinis auctoritas. Antea vero quam ad alterum huius disputationis caput progrediar, imaginem quam paucis lineis circumscribere ausus sum ratus sequenti commentatione quae fortasse desiderentur cognosci posse nunc brevi complectar. Neque melius id facere puto quam adhibitis Marquardtii verbis (*hist. equit.* p. 94): 'hic fuit finis equestris

1) Friedlaender I, 254.

2) Viri consulares interdum praetorii censui conficiendo in provinciis interfuerunt. Borghesi in *Ann. Inst. Arch.* 1846 p. 316 sqq. Or.-Henzen 384. 3652. 6453. Tib. Antistius Marcianus titulo Lugdunensi (Henzen 6944) primum umquam equitem Romanum a censibus accipiendis sese ipsum appellat.

3) Cf. *Eph. ep.* I, p. 200 sqq. Marquardt, I, 108. 504.

4) *Hist. Aug. Pert.* 2: doluit palam Marcus quod cum senator esset, praefectus praetorio fieri non posset. Lamprid. *Comm.* 4.

5) *Tac. ann.* IV, 39: et quoniam audierit Augustum in collocanda filia nonnihil etiam de equitibus Romanis consultavisse ita si maritus Liviae quaereretur, haberet in animo amicum sola necessitudinis gloria usurum. *Tac. ann.* I, 40.

ordinis qui ortus consortio militiae equestris tum et negotiorum societate, et postquam tertius inter nobilitatem plebemque extitit, iudiciorum communi munere atque partium studio inter se arcte coniunctus primum desuetudine armorum iners factus mox exemptus factionum dissidio, per breve etiam tum tempus et opibus et specie quadam antiquae dignitatis florebat: postremo privilegiis et insignibus ordinis cum civibus ceteris libertisque communicatis iam ineunte Hadriani ut videtur aetate dissolutus commixtusque cum plebe diffluit<sup>1</sup>.

Hinc oritur altera quaestio num omnes equestris ordinis viri ad procuraturas sint admissi? Haec enim munera libenter suscipiebantur quia plurimae eorum haud gravis erant laboris. Seneca quaest. nat. IV. praef. 1: delectat te quemadmodum scribis Lucili virorum optime Sicilia et officium procurationis otiosae delectabitque si continere id intra fines suos volueris nec efficere imperium quod est procuratio. cf. Senec. ep. mor. 11, 7 (19) 8 cogita quam multa temere pro pecunia quam multa laboriose pro honore temptaveris: aliquid et pro otio audendum est aut in ista sollicitudine procurationum et deinde urbanorum officiorum senescendum in tumultu ac semper novis fluctibus quos effugere nulla modestia, nulla vitae quiete contigit. Tac. hist. II, 86. Div. 67. 73. Quam ob rem saepius evenit ut quidam ordinem equestrem affectarent. Qui verna equites apud Martialem<sup>1</sup>) et Iuvenalem alios saepius commemorantur. (Friedlaender I p. 250).

## II. DE MILITIIS EQVESTRIBVS <sup>2</sup>).

Quanti militiam aestimarit rei publicae tempore populus Romanus vel inde colligas quod nemo nisi stipendiis pluribus peractis munere quodam vel officio administrationis fungi potuit. Polyl. VI, 19: πολιτικὴν δὲ λαβεῖν ἀρχὴν οὐκ ἔξεστιν

1) Mart. I, 84. Iuv. IX, 9 sq.

2) Hac commentatione perfecta Madvigiani operis die verfassung und verwaltung des römischen staates volumen alterum in lucem prodit, quo cap. de militiis et stipendiis disputavit.

οὐδενὶ πρότερον ἂν μὴ δέκα στρατείας ἐνιαυσίους ἢ τελεκῶς. Quam normam etsi Caesaris tempore neglectam<sup>1)</sup> imperatores denuo ita observabant ut equites militiae invitos graviter punirent. Suet. Aug. 24: 'in re militari et commutavit multa et instituit atque etiam ad antiquum morem nonnulla revocavit; quamquam disciplinam severissime rexit — equitem Romanum quod duobus filiis adolescentibus causa detrectandi sacramenti pollices amputasset ipsum bonaque subiecit hastae<sup>2)</sup>'. Per multos saeculo primo per militiam vel senatorium gradum<sup>3)</sup> (Seneca ep. 47,10) vel procuraturas<sup>4)</sup> auspicatos esse tituli comprobant. Nonnumquam enim legimus: 'finita equestri militia' quendam munus civile suscepisse perfungendum. Exempli gratia: Henzen 6930: militiis equestribus exornato proc. sexagenarius prov. Mesopotamiae. — Allmer inscr. de Vienne atlas tab. 31<sup>3</sup> n. 235<sup>17</sup>: militiis equestribus perf. proc. prov. Osrhoenae. — Or. 4552: militiis omnibus equestribus perfuncti . . . Suet. vita Plin.: Plinius Secundus equestribus militiis industrie functus. — Plin. ep. VII, 25,2: equestribus militiis atque etiam procuratura Narbonensis provinciae intergerime functus. — C. I. L. III, 6054: P. Aelius Lycinus . . . proc. XX hered. prov. Galliar. Narbon. et Aquit. item omnibus equestribus militiis perfunctus. — C. I. L. VI, 1615 ord. equestr. milit. comparat . . . quod Mommsen ita solvit: ordine equestri militiae comparato i. e. postquam tribunatum praefecturamoe equestris dignitatis ab imperatore accepit. cf. C. I. L. III, 1198. 8659. V, 4870 (plurimis militiae honoribus functus).

1) Mommsen, röm. Geschichte III<sup>6</sup> p. 497 sqq. St. R. I<sup>2</sup>. 407 sq. Augustus Italiam militia liberavit. Herod. II, 11. Imbellis erat urbana plebs. cf. Aristid. I, 352. Marquardt. II, 528.

2) Val. Max. VI, 3, 3. Madvig II, 474.

3) Vell II, 111. Finita equestri militia designatus quaestor necdum senator aequatus senatoribus etiam designatis tribunis partem exercitus perduxit. Suet. Octav. 38.

4) Dio. LXVII, 11: νεανίσκος Ἰούλιος Καλοῦστρος κεχλιάρχηκώς ἐς βουλείας ἐλπίδα. Plin. ep VII, 25. — Pauca quidem minoris auctoritatis munera etiam militiae expertes egerunt cf. Suet. Vesp. 1.

Quae militiae equestres<sup>1)</sup> erant tres<sup>2)</sup>: praefectura cohortis, tribunatus militum legionis, praefectura alae. Initio sane imperii cum cursus honorum et senatorum et equitum saepe misceretur certam normam constituere non possumus. Ad praefecturam cohortis quam militiam infra se putabant patres, equestris tantum ordinis viri aditum habebant; tribuni militum<sup>3)</sup> erant nobiles adolescentes et ex equitibus et e filiis senatorum, praefectura equitum magna ex parte senatorii ordinis viri fungebantur. Mommsen (R. St. I, 525) Augustum iussisse eum qui quaesturam administrare voluerit antea tribunatum militum agere debuisse demonstrat. Fortasse idem de procuraturis statui potest. Paullatim vero equites praefecturas et tribunatum sibi vindicabant tamquam militiae equestres quibus Septimius Severus centurionatum (et primipilatum) quoque aggregavit.

De centurionatu disputaverunt uberrime Madvig<sup>4)</sup>: 'die befehlshaber und das avancement in dem römischen heere in ihrem zusammenhange mit den römischen standesverhältnissen betrachtet'; in kleine philol. schriften p. 477 sqq. et Th. Mommsen in ephem. ep. vol. IV. p. 226. 245: nomina et gradus centurionum; et P. Cauer ibid. p. 355—481: de muneribus militaribus centurionatu inferioribus; et Alb. Mueller die rangordnung und das avancement der centurionen in der römischen legion in Philol. vol. XXXVIII. p. 126—149 alii<sup>5)</sup>. Sed nonnulla habeo quae copiosis illis disputationibus addam.

---

1) Vell. II, 111, 3. Militiae equestres et militia equestris utrumque extat. Suet. Oct. 46. Dig. XXIX, 1, 43. Henzen 6770: stipendia equestris. cf. Naudet de la noblesse et des récompenses d'honneur chez les Romains p. 84. Belot hist. des chev. Romains II, p. 371.

2) C. I. L. VIII, 9327: M. Pomponius Vitellianus tribus militiae perfunctus proc. Aug. ad curam gentium praef. classis Germanicae.

3) Caes. b. c. I, 77: centuriones in ampliores ordines, equites romanos in tribunicium restituit honorem.

4) Madvigii sententiae quoad pertinent ad historiam imperatorii aevi cum nimis neglectae inscriptiones videantur partim haud sunt probandae.

5) Or. II n. 3471—3547. cf. Henzen, p. 358.

Centuriones numquam fere superiorem gradum consequi potuerunt quia habebantur milites gregarii<sup>1)</sup>, lecti<sup>2)</sup> tantum ad ordines ducendos. Notissima sunt exempla centurionum qui etsi bene meruerant non promovebantur ut Spurius Ligustinus (Liv. XLII, 34), L. Siccus Dentatus (Gell. II, 11. Val. Max. III, 2, 24). Idem titulis confirmatur (C. I. L. VIII, 1026. 2786); nam longum per tempus centuriones stipendia fecerunt: C. I. L. III, 1480: militavit stipendiis centurionicis XVIII. — Or. 3550: . . . A. Numitori Felicis cent. leg. I. adi. p. f. vixit annis LX stip. XL . . . — C. I. L. III, 4315: stipendia XXXII; — III, 2834: centurio stip. XXXXIII commemorantur. cf. Henzen p. 514. sqq.

Centuriones virtutis expertae in alias legiones praemii causa transferebantur<sup>3)</sup>. Ita C. I. L. II, 4147 centurio annorum LX qui in sex legionibus (cf. C. I. L. II, 4162. Henzen 6749); — C. I. L. VI, 3584 cent. qui in octo legionibus; — C. I. L. VIII, 217 cent. qui in quattuordecim legionibus stipendia meruerat<sup>4)</sup> perhibetur. Alii qui fortitudine insignes sese praeberant donis donati dimittebantur<sup>5)</sup>, (Henzen 6749) etsi interdum etiam promovebantur. M. Vettius Valens factus est post complures centurionatus princeps praetorii

1) Stipendia gregarii militis erant militiae caligati αὐτὸ ἀπὸ καλί-  
γος στρατεία. Or. 3465: militavit in caliga annos XVI. Marini iscr.  
Alb. p. 18. Suet. Aug. 25.

2) De centurionum lectione Madvig l. c. p. 513. Imperatorem  
centuriones designare Mommsen R. St. II, 821 docet. cf. Henzen 6772.  
7170. C. I. L. V, 7009. Mommsen l. c. p. 241. 798. Tribuni ordinem  
assignabant. Liv. XLII, 34. 35.

3) 'Tralatus' non 'traiectus' dicitur; titulus enim apud Or. 695.  
spurius est.

4) . . . cent. leg. II Ital. leg. VII . . . cent. leg. I Min. cent.  
leg. X gem. cent. leg. II . . . cent. leg. III Aug. cent. leg. III Gall.  
cent. leg. XXX Ulp. cent. leg. VI vitr. cent. leg. III Cyr. cent. leg.  
XV Apoll. cent. leg. II Parth., cent. leg. I adi. consecutus ob virtutem  
in expeditionem Parthicam coronam muralem vallarem torques et  
phaleras . . . p. C. a. 199. Madvig II p. 549.

5) C. I. L. V, 940 centurio factus qui gregarius meruerat annos  
XVI. Milites non donati raro fiunt centuriones. Henzen 6829. 6830  
sqq. 6846.



legionis XIII gem. (Mommsen ad C. I. L. III, 830). — Or. 3049 centurio donatus in equestrem ordinem recipitur, Henzen 6767 tribunus fit. Or. 799.

Ut centuriones ab imperatoribus ex numero optimorum militum legebantur<sup>1)</sup> nec facile legionariis ad hunc gradum aditus patebat, ita optimo cuique primipilatus<sup>2)</sup> erat consequendus<sup>3)</sup>. Caes. l. c. III, 53: 'quem (Scaevam centurionem) Caesar . . . ab octavis ordinibus ad primum pilum se traducere pronuntiavit'. Neque primipili fiebant nisi longa militia antea consummata, quod Iuvenalis iocose dicit: (XIV, 191): 'dirue Maurorum attegiis castella Brigantum ut locupletem aquilam (i. e. primipilatum) tibi sexagenarius adferat annus'<sup>4)</sup>. Nam etsi primipili quos Caesar 'viros fortes et magnae auctoritatis' (b. G. V, 35), viros 'singulari virtute' (b. c. III, 91) praedicat, privilegiis quibusdam fruebantur (Mart. ep. I, 31, 3. Suet. Calig. 44. Dig. XXXIV, 4, 23), tamen ne tum quidem maiorem auctoritatem sunt nacti, sed manebant 'sui generis nobiles', ut Cicero ad Atticum V, 20 scribit, donec Septimius Severus primipilis viam ad capessendos honores aperuit.

Quae supra exposui interdum ex imperatorum arbitrio mutata esse haud ignoro. Extant nonnulla exempla centurionum et primipilorum qui iam ante Septimum Severum ad

1) Potissimum enim praetoriani (Henzen 6767. 6771) aut milites coh. vigilum (Henzen 6830. 6831) ad centurionatum pervenerunt. — Henzen 6769 titulus Thamugadensis praebet exemplum militis qui ex legione in alam transgressus deinde in legionem rediit.

2) De primipilatus vocabulo scribendo abbreviandove cf. C. I. L. V p. 1177. — Or. 3451: pripri. — Henzen 6779: primum pilum ducere.

3) Armino quamquam miles gregarius sed donatus torquibus armillis phaleris centurio factus est, eph. ep. IV p. 87 n. 236. — Henzen 6771: centurio deinde p. p. cf. 6775. Wilm. 692: centurio qui incrementa gradus militiae industrie administravit cf. Or. 3456. Animadvertendus est titulus urbanus (Or. 3453): Pudens cent. leg. V Maced. donis militaribus donatus . . . vixit annos XLIX sanctissime et prope diem consummationis primipili sui debitum naturae persolvit. Or. 749: miles — centurio — primipilus . . . Or. 832: miles — evocatus — centurio — primipilus. Sed de muneribus centurionatu inferioribus non agam.

4) cf. Or. 3535. Madvig II p. 565 sqq.

gradum superiorem promovebantur vel beneficio principis extraordinario munere functi sunt. Quorum haecce afferre libet: Tac. ann. IV, 72: Olennius e primipilaribus regendis Frisiis impositus.

Tac. ann. XIII, 36: curam praesidiorum Paccio Orfito primipili honore perfuncto mandat.

Tac. ann. II, 65. deligit centurionem qui nuntiaret regibus ne armis disceptarent.

Tac. ann. II, 11: praefuere Stertinius et e numero primipilarium Aemilius<sup>1)</sup>.

Philo Iud. adv. Flacc. § 13 (p. 381 P. 533 M.). Bassum centurionem extraordinaria missione a Gaio imperatore in Aegyptum ut praefectum capiat dimissum esse tradit.

C. I. L. III, 2882: . . . Laco centurio leg. VII iudex datus ex conventionem eorum ab L. Volusio L. f. Saturnino leg. pr. pr. C. Caesaris Aug. Germ. inter Neditas et . . . a. 37/41.

Bullet. d. I. 1845 p. 132: C. Caesarius C. f. Ouf. Silvester beneficiarius praef. praet. evocatus Augusti, centurio leg. II Aug., leg. III Flaviae fid., legionis III Gallicae, leg. VI ferratae, leg. XXX Ulp. victr., primipilus, praef. castrorum leg. III Flav. fid. donis donatus bello Dacico bis torquibus armillis phaleris pontifex curator viarum Umbriae et Piceni datus ab Imp. Antonino Aug. Pio p. p. patronus municipi.

Mommsen I. N. 4628 = Or. 3426: Sex. Aulienus Sex. f. Ani. primopil. II. trib. mil. praef. levis armat. praef. castr. Imp. Caes. Aug. et Ti. Caesaris Aug. praef. classis praef. fabrum, II vir Venafri et Foro Iuli, flamen Augustalis . . . — Venafri.

Henzen 6749: N. Marcio N. fil. Gal. Plaetorio Celeri quaest. II vir cent. leg. VII gem. centurio leg. XVI fl. firm. donis donato a D. Traiano bello Parthico corona murali torquibus armillis phalaris, cent. leg. II Gall. cent. leg. XVIII gem. mart. victr. cent. leg. VII

---

1) Fortasse idem qui apud Mommsen I. N. 3619: Paulo Aemilio p. p. II praef. equit. trib. coh. III praet. . . . extat.

Claud. p. f. cent. leg. I adi. p. f. primipilus leg. eiusdem praepos. numeror. tendentium in Ponto ab Saro trib. coh. IIII vig. p. c. — Abellae.

Henzen 6767: M. Vettio M. f. Ani. Valenti mil. coh. VIII pr. benef. praef. pr. donis donato bello Britannico torquibus armillis phaleris, evocato Aug. corona aurea donato cent. coh. VI vig. cent. stat. cent. coh. XVI urb. cent. coh. II praet. exercitatori equit. speculatorum praet. cent. leg. XIII gem. ex trecenario leg. VI victor. (!) donis donato ob res prospere gestas contra Astures torq. phaler. arm. trib. coh. V vig. trib. coh. XII urb. trib. coh. III praet. trib. leg. XIII gem. mart. victr. proc. imp. Caes. Aug. prov. Lusitaniae patrono coloniae specul. X. H. C. C. Luccio Telesino C. Suetonio Paulino cos. — Arimini p. C. 66.

C. I. L. III, 25: — centurio ab optimo imperatore Traiano praepositus operi marmorum monti Claudiano. — Ceterum metalla saepe sub cura centurionum commissa sunt. Bruzza Isrizioni dei marmi Grezzi in *Ann. dell' Inst.* 1870 p. 106—204.

Archaeol. Zeit. XXVII (1869) p. 1123: Imperatori Caesari T. Aelio Hadriano Antonino Aug. Pio p. p. cohors I Flavia Cilicum equitata basilicam fecit per Avidium Heliodorum praef. Aegypti et T. Flavium Vergilianum praef. castror. cura agente Statilio Tauro cent. leg. II Trai. fortis curatore cohortis eiusdem.

Quae exempla satis docent mutationem per L. Septimium Severum institutam iam antea praeparatam fuisse. Nihilominus milites et centuriones fere semper dignitate similes dicuntur; quod inde etiam apparere videtur quod testamenta centurionum aequae ac militum, si formam neglexissent<sup>1)</sup> propter nimiam imperitiam irrita non fieri erat constitutum. Gai. Inst. II, 110. Primipilli vero et centuriones cum ex victoriis praedaeque saepius ditarentur<sup>2)</sup> honestam missionem adepti in municipiis interdum summo fruebantur honore, eorumque liberi summos gradus con-

1) Dig. lib. XXIX tit. I: de testamento militis. *ibid.* I, 27.

2) Lusius centurio amplius centies possidebat. *Ascon. ad orat. in toga candid.* p. 115. *Suet. Tib.* 37. *Nero* 9. *Madvig.* l. c. p. 523.

secuti sunt quod a patre avove tantas opes quae censum equestrem explerent hereditate accepissent. Notus est L. Ateius L. f. An. Capito cuius avus Sullanus erat centurio, pater praetorius. Tac. ann. III, 75. ephem. ep. III, 13. Ti. Auridium Nicephorum p. p. leg. II adi. et L. Aconium Staturam Traianus imperator ex militia in equestrem dignitatem transtulit sive quod censum equestrem habebant sive quod princeps iis de suo quae sestertia deerant, donavit. Or. 3048. 3049. C. I. L. V, 7865. 7866.

Iam supra dixi eos qui primipili dimitterentur privilegiis quibusdam usos esse. Eam ob rem tribuni et praefecti antequam a militia abirent 'primipilatum accipere solebant ita ut non in numeros referrentur sed ex gradu statim dimitterentur'<sup>1)</sup>. Postea quidem cum varia munera imaginaria erant atque iis maxime tributa quibus imperatores favebant, primipilatus etiam ita suscipiebatur ut non iterum ordinem ducerent primipili sed nomine praediti privilegiis fruerentur. Primipili iterum autem saepius ad praefecturas aut procuraturas pervenerunt cuius rei haec exempla inseram:

C. Baebio P. f. Cla. Attico II vir . . . primopil. leg. V Maced. praef. civitatum Moesiae et Treballiae praef. civitat. in Alpibus maritumis tr. mil. coh. VIII praet. primopil. II. procurator Ti. Claudii Caesaris Aug. Germanici in Norico . . . .

C. I. L. V, 1838. 1839. Iulii Carnici a. 41/54.

C. Petronius C. f. Pup. Modestus p. p. II leg. XII fulm. et leg. I adi. trib. mil. coh. V vig. trib. coh. XII urb. trib. coh. V praet. proc. Divi Nervae et Imp. Caes. Nervae Traiani Aug. Germ. prov. Hisp. cit. Asturiae et Gallaec. flamen . . . .

C. I. L. V, 534. Wilm. 1247. Kellermann vig. 36  
Tergeste. a. 98/102.

C. Valerius C. f. Claud. Pansa flamen Divorum Vespasiani Traiani Hadriani p. p. II trib. coh. VIII praet. proc. Aug. prov. Britanniae . . . .

C. I. L. V, 6513. Novariae.

---

1) De primipilatu iterato disputavit Mommsen ad titulum Ti. Claudii Secundini C. I. L. V, 867.

D. M. L. Comini L. f. Maximi domu Mantua p. p. bis procuratori M. Antonini Aug. praef. leg. II Traianae fortis CC trib. chor. VII praetoriae XIII urbanae III vigul. (!) centurio chortis I pr. X urb. V vig. evocato Augustorum, beneficiar. praef. praet. . . . .

Orelli 3444. Tibure.

T. Pontius T. f. Pal. Sabinus praef. coh. I Pann. et Dalmat. eq. c. r. trib. mil. leg. VI ferrat. donis donatus expeditione Parthica a Divo Traiano hasta pura vexillo corona murali cent. leg. XXII primig. cent. leg. XIII gem. primus pilus leg. III Aug. praepositus vexillationibus milliariis tribus expeditione Britannica leg. VII gem. VIII Aug. XXII primig. trib. coh. III vig. coh. XIII urb. coh. II praet. p. p. II proc. prov. Narbonensis. . . . .

Henzen 5456. Ferentini. Hadriani tempore.

T. Claudio Ti. fil. Pal. Secundino L. Statio Macedoni p. p. leg. III Flaviae fel., trib. coh. I vig. trib. coh. XI urb. trib. coh. VIII praet. p. p. II. praef. leg. II Traianae fortis proc. XX hered. proc. provinciar. Lugdunensis et Aquitanicae, a rationibus Aug. praef. annonae. . . .

C. I. L. V, 867. Aquileiae.

D. M. S. P. Vibi P. f. Mariani e. m. v. proc. et praesidi Sardiniae p. p. II trib. coh. X praet. XI urb. III vig. praef. leg. II Ital. p. p. leg. III Gall. . . . .

Or. 74. prope Urbem.

Saepissime in titulis extant primipilares ex equite Romano aut centuriones qui ordinem acceperunt ex equite Romano <sup>1)</sup>. Qua de re cum permulti disputassent nec quisquam difficultatem quae in verbis illis latere videretur dissolvisset, Th. Mommsen nuperrime in eph. epigr. vol. IV p. 235 ann. 1 quaestionem ita expediit: 'in ordine merere et ad ordinem promoveri cum non liceret neque senatori neque equiti Romano, non ita raro qui centurionatum cuperent, reddiderunt equum publicum sed reddiderunt fere pueri nullis etiam tum

1) Or. 3455. C. I. L. V, 7865. 7866: centurio ordinatus ex equite Romano ab imp. M. Aurelio Antonino Aug. — Wilm. 1595: cent. postquam equo publico est donatus.

honoribus equestribus functi. Unicus quod sciam qui exceptionem faciat, est T. Pontius Sabinus tituli Ferentinatis aetatis Traianae Henzen 5456 (v. p. 22) post militias equestres duas praefecturam scilicet cohortis et tribunatum legionis, centurio factus et inde solita via per primipilatum alterum ordinem equestrium militiarum adeptus'.

Eodem fere tempore quo Septimius Severus ad gradum altiore et centuriones et primipilos traduxit, compluribus in titulis verba 'a militiis' nonnumquam leguntur quae Borghesi<sup>1)</sup> ad eos qui delectibus habendis praeesent referenda putavit. Quam opinionem cum Renier (mél. d'épigr. p. 203 sqq.) optimis refutaverit argumentis non est opus eadem retractare. Significant enim verba 'a militiis' eos qui centurionatum, praefecturam cohortis, tribunatum militum, praefecturam equitum gesserunt i. e. militiis perfunctos. Quod inde perspicui potest quod C. I. L. VIII, 2399 a militiis tribus idem nominatur qui C. I. L. VIII, 2397 a militiis nude dicitur. Graece haec notio vertitur ἀπὸ τριῶν χιλιαρχιῶν (C. I. G. 3484. 3497) aut ἀπὸ στρατιῶν (στρατειῶν): C. I. G. 4499. Inveniuntur ergo a tribus militiis viri et a quattuor militiis viri<sup>2)</sup>.

Saeculo autem tertio rationem quam supra commemoravi neminem nisi stipendiis factis ad civile munus admitti imperatores negligebant. Iam antea Claudius tribunatum reddiderat imaginarium<sup>3)</sup>, deinde Hadriani fere tempore cum munera quaedam viliora haberentur minusque digna quae praefectis tribunisve committerentur saepius procuratores qui nulla

1) cf. Mommsenii animadversionem ad Henzen 6849. *Bullet. d. J.* 1868 p. 141 sqq. (de petitoribus militiae). Cave ne eos qui a militiis dicuntur confundas cum Augusti libertis qui 'a copiis militaribus' vel 'castrensibus' appellantur. *Or.* 2922. 3505.

2) C. I. L. VIII, 2732: M. Valerianus v. e. a IV militiis. a. 211 — 212 p. C. — Henzen 6827: Sex. Caecil Ianuarius eq. R. III mil. — *Or.* 3178: L. Mussius Aemilianus III mil. v. e. a. 247/248 p. C. — C. I. L. VI, 3499: Q. Tineius Sab. Her. . . militiarum IIII.

3) *Suet. Claud.* 25: instituit et imaginariae militiae genus quod vocatur supra numerum quo absentes et titulo tenus funguntur. *Fabretti* 116, 297. *Muratori* 870, 5: eques imaginarius coh. I Britt. in turma Montani.

antea functi erant militia inveniuntur<sup>1)</sup>. Sed Hadrianus et improbos et impuberes administrationeque minus imbutos a muneribus seclisit (Hist. Aug. Hadr. 10: . . . nec tribunum nisi plena barba faceret aut eius aetatis quae prudentia et annis tribunatus robor impleret). Tum etiam iis qui una alterave militia perfecta ad procuraturas admitterentur titulus 'a militiis' quasi beneficium concedebatur. Hirschfeld (p. 250) quidem eos tantum qui tribuni antea fuissent hoc nomine praeditos esse censet. Quam opinionem etsi tituli quidam confirmare videntur, non probo. Comparare iubet Hirschfeld titulos Muratori 812, 6: a tribunatu leg. II Aug. — et Mommsen I. N. 4619: a militiis cum ibid. 4618 tribunus leg. VI eiusdem viri<sup>2)</sup>. Quibus addam:

Q. Gargilio Q. f. Quir. Martiali eq. R. praef. coh. Astyrum prov. Britanniae, trib. coh. Hispanorum prov. Mauretaniae Caesariensis, a militiis, praeposito coh. singul. et vexill. equitum Maurorum in territorio Auziensi praetendentium. . . .

Auziae. C. I. L. VIII, 9047. Titulus dedicatus est VIII kal. Apr. a. prov. CCXXI = 26 mart. a. 260.

P. Aelio P. f. Quir. Primiano eq. Romano trib. coh. III Syngambr. a militiis primopilo trib. coh. III vig. ex decurione alae Thracum praepos. vexill. equitum Maurorum, defensori provinciae suae decurioni III coloniarum Auziensis et Rusguniensis et Equizetensis. . . .

Auziae. C. I. L. VIII, 9045. Titulus ded. XIII kal. Mart. a. prov. CCXVI = 16. Febr. a. 255.

In aliis vero titulis verba 'a militiis' cum nulla equestri militia sunt coniuncta. Exempli causa:

C. I. L. III, 1181: a militiis et II viralis coloniae. Or. 2695.

C. I. L. III, 1486: a mil. . . . et flamen. cf. C. I. L. VIII, 2397.

C. I. L. III, 5652: a mil. . . . et decurio.

C. I. L. VIII, 5276: a mil. flamen Aug. perpetuus pontifex II vir. cf. Wilm./ 1631 = Renier 1537.

1) De cursu honorum qui omissis militiis equestribus vel a civili quodam munere vel ab officio advocati fisci incipit alio loco agam.

2) cf. Wilm. 1636 = Renier 3579: — a militiis praepos. coh. singul. et vexillationum.

- C. I. L. VIII, 9048: a militiis patronus coloniae.  
 C. I. L. VIII, 2757: — curator, ad fisci advocaciones ter numero promotus Thevestinam Hadrumetinam Thamugadensem ad annonam perpetuus, a militiis. . . .  
 C. I. L. VI, 3494. 3495: — eq. Rom. a militiis. . .  
 Deinde ad nomen cuiusdam hominis nude apponitur:  
 C. I. L. VI, 3497: Iulius Athenodorus a mil.  
 C. I. L. VI, 3498: M. Iul. Laudandi a mil.  
 C. I. L. VI, 3496: Germanius Victor a mil.  
 C. I. L. VI, 3500: L. Verginius Verginianus a mil.  
 C. I. L. VI, 3501: . . . rinus a mil.  
 cf. C. I. L. III, 6055. VIII, 2248. 2396. 2772. 9002. 9018. 9023.

Sed unum nos offendit. Nullus eorum qui hoc titulo praediti sunt ad procuraturam pervenit. Quam ob rem recte mihi ii iudicare videntur qui nihil aliud quam honorem sub hoc titulo latere putent. Sine ullo dubio sensus huius significationis non semper idem manebat. Quomodo sit mutatus definire nequimus.

Deduxit nos haec disputatio de militiis equestribus ad aliam quaestionem quam expediendam puto antequam longius progrediar.

De praefecto castrorum et praefecto legionis G. Wilmanns in ephemeridis epigr. vol. I p. 81 sqq. sagaciter sententiam suam primum in thesi IV dissertationi 'de sacerdotiorum p. p. R. quodam genere' annexae prolatam: 'Septimius Severus praefectos fabrum<sup>1)</sup> sustulit' confirmavit. 'Non dubium erit quin praefectura legionis a praefectura fabrum nomine tantum sit diversa; ab eiusdem generis hominibus et haec et illa suscipitur, eadem utriusque est dignitas, eadem munera sunt, eodem denique tempore scilicet Severo imperante quo praefecti castrorum in titulis desinit mentio incipit praefecti legionum'. Vix quisquam hanc sententiam optimis argumentis testimoniisque probatam veram esse negabit; sed nonnulla habeo quae cum in dubium mihi vocaverint Wilmannsii opinionem: praefecturam castrorum et praefecturam legionis unum idemque esse munus, tempore tantum diversas, addenda mihi vi-

1) Mommsen roem. forschungen II, 441.



dentur. Herodiani ille locus III, 8, 5: καὶ τὸ σιτηρέσιον πρῶτος ἠῤῥῆσεν (Σεουήρος) καὶ δακτυλοῖς χρήσασθαι ἐπέτρεψε γυναῖξίτε συνοικεῖν ἄπερ ἅπαντα σωφροσύνης στρατιωτικῆς καὶ τοῦ πρὸς τὸν πόλεμου ἐτοίμου τε καὶ εὐσταλοῦς ἀλλότρια ἐνομίζετο, quemadmodum esset interpretandus viri docti nesciebat. Wilmanns ipse in commentationibus Mommsenianis p. 203 (eine römische lagerstadt Africas) nobis persuasit συνοικεῖν γυναῖξιν minime idem valere ac συνεῖναι, συγγίγνεσθαι per euphemismum dictum, sed Septimium Severum militibus castris relictis in vicis ubi familia eorum esset, habitare permisisse. Eam ob rem fortasse Severus praefecturae fabrum munus sustulit; ea enim mutatione quae praefectis fabrum fuerant officia, auferebantur neque praefectum legionis eiusdem locum obtinuisse probabile mihi videtur. Accedit quod quae Wilmanns veterum scriptorum testimoniis usus munia praefecti legionis esse contendit, eadem in digestis XLIX, 16, 12, 2 — qui locus non multo post Septimium Severum, certe ante annum 240 p. C. est scriptus — tribunis mandantur: 'officium tribunorum est vel eorum qui exercitui praesunt milites in castris continere, ad exercitationem producere, claves portarum suscipere, vigiliis interdum circumire, frumentationibus commilitonum interesse, frumentum probare, mensuram fraudem coercere, delicta secundum suae auctoritatis modum castigare, principiiis frequenter interesse, querelas commilitonum audire, valetudinarios inspicere'. cf. Vop. Aurel. 7. Capit. Max. duo 6.

In titulo quem Mommsen in ephem. ep. vol. IV p. 538 publicavit praefectura fabrum <sup>1)</sup> opponitur militiae <sup>2)</sup>. Addit vir ille doctissimus: 'certe inter tres quattuorve militiae equestres quae ad officia quaedam requirebantur, enumeratam esse probabilitate non caret'. Quod non concedam. Praefectura etiam legionis militiae opponitur. (Allmer i. d. V. tab. 31<sup>3</sup> n. 235<sup>17</sup>.)

1) praefecto fabrum inter decuriones spectandi ius fuit cf. Leg. Col. Genet. CXXVII. eph. ep. II, 115. — praefectura fabrum bis: Or. 253. 254. cf. Orell. 3428. II p. 95—100: de praefectis fabrum. Henzen p. 347.

2) Idem titulo Or. 623 nisi spurius esset probaretur.

Sed haec hactenus. Redeamus nunc ad id quod nobis est propositum. Pervenimus enim ad eam commentationis partem qua de serie militiarum equestrium nonnulla exploranda nobis sunt. Militias equestres Claudius teste Suetonio c. 25. 'ita ordinavit, ut post cohortem alam post alam tribunatum legionis daret'. Quae verba Madvig (kl. philol. schriften p. 556) cum titulis in universum consentire putat. Hirschfeld autem in libro saepius laudato p. 247 unam esse inscriptionem<sup>1)</sup> quae hanc seriem confirmaret demonstravit, sed hoc fulcrum cum unum sit contra multa alium ordinem exhibentia, nihil valet. C. I. G. 4488 = Lebas 2580 praefectura alae τετάρτη στρατεία<sup>2)</sup>, apud Fabr. 116, 297 praefectura cohortis militia prima dicitur. Sed haec pauca vestigia ad militiarum seriem constituendam non sufficiunt. Eam ob rem cursus quos tituli nobis praebent, perscrutatus sum. Qua in re ita sum versatus ut non omnes titulos quibus haec vel illa series perhibetur enumeraverim sed ut nonnullos ad exemplum aptissimos eligam. Deinde munera tantum militaria commemorabo.

Videamus de primipilis.

Ex primipilatu fiebant:

tribuni militum: C. V, 533 = Wilm. 1244. C. III, 381. Mommsen I. N. 1992. 942. 4628. Or. 3139 (primipil. trib. milit. II).

tribuni coh. vigillum: C. VIII 9045. V, 535. 867. 7003. Wilm. 1274. (antea p. p. II).

tribuni coh. urban.: Or. 3445. Henzen 6776. C. VI, 1627.

tribuni coh. praetor.<sup>3)</sup>: C. VI, 1645. C. V, 6513 = Or. 2222. (antea p. p. bis).

tribuni coh. urb. et coh. vig.: C. VI, 1599.

1) Or. 125: . . praef. fabrum, praef. coh. German., praef. equitum, trib. mil. leg. V. . .

2) Ἰούλιος Ἰουλιανὸς εὐσεβῆς καὶ φιλόπατρις καὶ τετελιμημένος ὑπὸ τῶν θειοτάτων Αὐτοκρατόρων, τετάρτης στρατείας, ἐπαρχὸς εἰλης. . . .

3) Inter primipilatum et tribunatum militum vel cohortium praet. praefecturae administrantur. cf. Henzen 6938.

- praefecti castrorum<sup>1)</sup>: Bull. 1845 p. 132. Or.-Henzen 3509. 6759. C. III, 2028. Mommsen I. N. 5493.
- praefecti legionum<sup>2)</sup>: Or.-Henzen 3464. 6747<sup>3)</sup>. 6871. Renier 145. C. III, 5328. V, 867. VI, 1636 = Or. 74. Or. 3423. 3426 (antea p. p. II).
- praefecti cohortis: Henzen 6926. 6947. C. V, 6969.
- praepositi vexillat.: C. II, 484. Or. 3180. 3664.
- praepositi classis: C. III, 1919.
- praepositi relinquat. class. praet. Henzen 6872. cf. 6749.
- tribuni praet.: C. VI, 1645.
- praepositi equitum: Or. 3100.
- primipilus idem strator legati: C. VIII, 7050. cf. C. VIII, 2749: strator legati idem centurio leg. III Aug.<sup>4)</sup>.
- Ex praefectura cohortis<sup>5)</sup> suscipiuntur haec munera:
- tribuni militum (legionis): C. II, 1086. 4114. 4189. 2103. 3237. 1970. 3230. 2637. III, 335. 600. 646. 1163. 5202 (= Or. 485). 5215. 5331. 5775. V, 875 = Or. 3651. C. V, 5267. VI, 3540. 1607. 3539. 1838. 1625<sup>b)</sup>. VIII, 2623. 2766. 4292. 5363. 7039. 7079. 9990. Or.-Henzen: 65. 516. 798. 801. 1549. 2153. 3155. 3425. 3570. 3789. 3817. 3888. 4007. 4039. 4949. 5263. 5489. 6565. 6680. 6729. 6755. 6764. 6852. 6924. 6940. 6944. 6947. 6948.
- tribuni cohortis<sup>6)</sup>: Henzen 6709. 6711. 6764. 6927. C. VII, 379. VIII, 2394. 2395. 9047. Orelli 2223 (deinde praef. alae). Or. 804 (extraordinaria missione . . .)

1) cf. hunc honorum cursum (Or. 3509): M. Pompeius M. f. Ani. Asper centurio leg. XV Apoll. cent. coh. III pr. primipilus leg. III Cyr. praef. castrorum leg. XX vict. . . .

2) C. VIII, 2624: centurio praetorianus — primipilaris — praef. legionis. — Or. 3423. (cf. 3426): p. p. II praef. legionis. — Or. 3444: centurio — trib. cohortis.

3) Adlectus ad munera praef. legionum VII Clav. et primae adi.

4) Or. 3341: centurio deinde praef. equitum. — Primipilus antea cent. frum. Or. 3180 cf. Henz. p. 292.

5) Antea milites gregarii vel decuriones alae. C. I. L. III, 647.

6) Quod munus spectatissimum fuit. Tribuni enim cohortis statim fiunt praefecti alae antea non functi tribunatu legionis. Grut. 425, 5. 359, 3. 1108, 5. Murat. 686, 6. 1096, 3. 1114, 5. 1053 I. Henzen im Jahrbuch des Vereins v. a. i. rheinlande XIII p. 52. 53. 55.

praefecti fabrum<sup>1)</sup>: Henzen 6926.

praepositi numeror.: Henzen 6522 = C. II, 1180. VIII, 9358.

praepositi vexillat. auxil. Pann. inf.: C. III, 1464 = Wilm. 1277.

cf. Vellei. II, 112: trib. militum, praefectus castrorum,  
praefectus cohortis.

Qui tribuni militum<sup>2)</sup> meruerant ascendebant ad munera:

praefecti alae: C. II, 1086. 2103. 2637. III, 320. 386. 5331.

5211. 5212. 5776. VI, 3539. 3543. Or.-Henzen

512. 516. 2153. 3139. 3155. 3440. 3570<sup>3)</sup>. 3651.

3876. 3888. 4039. 5263. 5480. 6519. 6711. 6716<sup>4)</sup>.

6727<sup>5)</sup>. 6729. 6763. 6924.

praefecti fabrum: C. III, 388. 726. V, 5267. Suet. Vesp. 1.

Or. 65. Henzen 6776. 6946.

praefecti castrorum<sup>6)</sup>: Henzen 6757. Mommsen I. N. 1992.

C. III, 381.

praepositi alae: C. VIII, 9358 (C. VI, 1643: trib. leg. et

praepos. alae).

praepositi classis: C. II, 1970.

praepositi copiarum expedit.: Or. 798. C. II, 4114.

praepositi legionis: Wilm. 1277.

praefecti levis armaturae: Or. 3426.

tribuni vexillat.: Henzen 6453. cf. Henzen 4027: trib. mil. pro  
legato<sup>7)</sup>).

1) Nonnullis titulis praefecti cohortis antea iam fuerunt praefecti fabrum. Or.-Henzen 4007. 5120. 6755. 6852. 6924. 6940. 6948. Wilm. 1250. In titulo Or. 65 haec etiam series traditur: . . praef. cohortis — tribunus militum — praef. fabrum. — Or. 529: praef. cohortis — tribunus cohortis — praef. cohortis sing. et vex. — Or. 516: praefectus cohortis antea iam praef. fabrum et praef. iure dic. cf. C. VI, 3589: M. Stlaccius Coranus praefectus fabrum equo publico ex quinque decuriis praef. cohortis. cf. C. VI, 3540.

2) Antea tribuni cohortis Henzen 5154; aut praef. fabrum Orelli-Henzen 1740. 6158. 6945, aut centurio Henzen 6757.

3) cf. Wilm. 1249b—1250. eph. ep. IV p. 38 n. 69. Henzen Ann. 1878 p. 135.

4) praef. alae I praetoriae.

5) praef. equitum summarum alarum.

6) M. Oppius . . centurio legionis VI, primipilus, tribunus leg. II, praefectus castrorum (Henzen 6757 = Mommsen I. N. 942).

7) Animadvertendum est a tribuno leg. III Aug. censas civitates XXXIV provinciae Asiae esse. C. III, 388. Henzen 5212.

Praefecti alae<sup>1)</sup> qui nondum ad civile munus pervenerunt, adepti sunt gradum:

praepositi alae: C. VIII, 9358.

praef. fabrum: Henzen 6709. cf. Or. 485. 3876 (trib. mil.-  
praef. equit. praef. castrorum praef. fabrum).

praepositi numeror. equit.: Henzen 6729. Or. 3155.

praefecti equitum prolegato: C. V, 3334.

[adiutor ad census: Or. 2156].

Iam ex hoc conspectu quam varii fuerint cursus facile perspicias. Nihilominus certam normam explorare possumus. Primum enim hanc militiarum seriem statuamus quam exhibent tituli sequentes:

Henzen 6709: C. Nasennius C. f. Marcellus Senior praef. coh. I Apamenae trib. coh. I. Italicae civium Roman. volunt. praef. alae Phrygum . . . Romae.

Henzen 6702: . . . praef. coh. Chalciden. in Africa trib. mil. leg. VII gem. . . praef. equit. alae Moesicae . . . Romae. cf. Or. 3888. C. I. L. VI, 3538. 3520<sup>2)</sup>.

Deinde copiae quae in ipsa urbe castra habebant, non eadem usae sunt dignitate, ut tituli luculenter demonstrant: Orelli 3568 = Wilm. 1616: L. Gavio L. f. Stel. Silvano primipilari leg. VIII Aug. trib. coh. II vigilum. trib. coh. XIII urb. trib. coh. XII (?) praet. donis donato a divo Claudio . . . Augustae Taurin.

Orelli 3444: D. M. L. Comini L. f. Maximi domu Mantua p. p. bis procuratori M. Antonini Aug. praef. leg. II Traianae fortis. CC. trib. chor. VII praet. XIII urbanae III vigul. centurio chortis I pr. X urb. V vig. evocato Augustorum . . . Tibure. cf. C. I. L. V, 7003. 875. 534 = Wilm. 1247.

De praefecto fabrum certi aliquid definiri nequit; praet enim hoc munus et praefecturam cohortis<sup>3)</sup>:

1) Antea tribuni cohortis Henzen 6519. 6709. — praefectus equitum qui censoris munere fungitur: Wilm. 1249<sup>b)</sup>. (a. 120).

2) Praefectura cohortis — trib. mil.: C. I. L. VI, 3504. 3519. 3529. 3536. — trib. mil. — praef. alae: C. I. L. VI, 3505.

3) v. Orelli II p. 95. — Or. 3817 (praef. fabrum — praef. cohortis — trib. mil. — proc. Aug.). Or. 732. 256.

L. Baebius L. f. Gal. Iuncinus praef. fabrum praef. cohortis III Raetorum, trib. mil. leg. XXII. Deiot. praef. alae Astyrum, praef. vehiculorum iuridicus Aegypti. Messanae. Wilm. 1250. (aetatis Traianae titulus).

M. Stlaccius C. f. Col. Coranus praef. fabrum equo publico ex quinque decuriis praef. coh. V Bracar. Aug. in Germania trib. mil. leg. II Aug. praef. equitum alae Hispanorum in Britannia donis militaribus donatus corona murali hasta pura. . . .

Orelli 5017. cf. pag. 19.

et tribunatum militum (Henzen 6945), sequitur etiam praefectura alae (Henzen 6709). Praefectura legionum equites fungebantur et ante tribunatum legionis (Or.-H. 74. 6933) et post eam militiam (Or. 3444. C. I. L. V, 867). Primpili deinde aut confestim ad praefecturam castrorum perveniunt (Or. 3509) aut per tribunatum legionis (Henzen 6757. Mommsen I. N. 1992). Tac. hist. II, 89.: praefecti castrorum, tribuni, primi centuriones. — Or. 3876: trib. mil., praef. coh., praef. castrorum, praefectus fabrum. Mommsen I. N. 5493. — Quo facilius militiarum seriem cognoscamus, nonnullos titulos primi saeculive adscribam:

T. Haterio fel. nepoti . . . primipilo, praefecto cohortis, trib. mil., praef. equitum, censori Brittonum Anavionensium proc. Aug. Armeniae mai. ludi magni hereditatum et a censibus a libellis Aug. praef. vigilum praef. Aegypti. Wilm. 1249<sup>b</sup>. Fulginii. A. 121 Haterius erat praefectus Aegypti.

M. Campanio M. f. M. nep. Pal. Marcello proc. Augg. ad Mercurium Alexandriae proc. prov. Cypri praef. alae Parthicae trib. coh. pr. Hemes. praef. coh. III Breuc. Wilm. 1268 = Mommsen I. N. 3596. Capuae.

M. Valerius M. f. Quir. Lollianus praef. coh. I Apam. sagittariorum equitatae, trib. mil. leg. VII gem. felicis, praef. equit. alae Flaviae, praepos. in Mesopotamia vexillationibus equitum electorum alarum praetoriae, Augustae Syriacae Agrippianae Herculianae singularium item cohortium I Lucensium II Ulpiae equitatae civium Romanorum I Thracum III Ulpiae Paflagonum II equitum (?) I Ascalonitarum felicis (?) V Chalcide-

norum V Petreorum IIII Lucensium I Ulpiae Petreorum II Ulpiae Paflagonum I Ulpiae sagittariorum III Dacorum I Sygambrium, viam . . . . ducit.

C. I. L. III, 600 titulus Macedonicus coloniae Byllis quem Mommsen aetatis Traianae esse dicit. cf. Henzen 6926. 6947. Miram militiarum seriem praebent tituli Or.-Henzen 5456. 3448.

Post Septimum Severum hic militiarum equestrium cursus raro invenitur<sup>1)</sup>, centuriones vero militiis peractis ad procuraturas perveniunt. cf. Or. 74. 3444 quos titulos p. 22 descripsi. Henzen 6933. Or. 3100. 3180. C. I. L. II, 484. III, 1919. VI, 1645. Mommsen apud Renieri *mél. d'épigr.* p. 239 sqq.: L. Petronio L. f. Sab. Tauro Volusiano v. cos. ordinario praef. prae. — e. v. praef. vigul. p. v. (?) trib. coh. prima praet. protect. Augg. nn. item trib. coh. IIII prae. — trib. coh. XI urb. trib. coh. III vig. leg. X et XIII gem. prov. Pannoniae superiori item (!) leg. Daciae praeposito equitum singulariorum Augg. nn. p. p. leg. XXX ul. piaae centurioni dep. . . . .

Or. 3100. Arretii. cf. titulos Auzienses p. 24. Wilm. 1277 = C. I. L. III, 1464.

Vep. . . . proc. Aug. . . . . Dac. Apul. Aur. Mal. . . . . proc. prov. Pannoniae infer. praef. annonae sacrae urbis praef. leg. VII gem. fel. proc. stat. privat. per Flam. et Picenum item proc. ad bona Plautiani trib. mil. leg. II Parth. praef. vexill. auxil. Pan. infer. praef. coh. VI Breucorum Siccus Dentatus cent. leg. XIV (?) gem. p. o.

Henzen 6920. Sarmizegethusae.

C. Sulgio L. f. Pap. Caeciliano praef. leg. III Cyrenaicae p. p. leg. XX Valeriae victricis praeposito relinquationi classis praet. Misenatium p. v. et thensauris dominicis et bastagis copiarum devehendarum centurio leg. III Aug. et septimae geminae et I Parth. et XVI Fl. et XIII gem. in provincia Dacia navarch. classis

1) Or. 3888. 6519. C. I. L. III, 6075. C. I. G. 3497. Eodem fere tempore praefectura cohortis in titulis evanescit. Or. 3444. 3445. Henzen 6947.

praetoriae Misenatium p. v. optioni peregrinorum et exercitatori militum frumentariorum et Sulgiae . . .

Henzen 6871. titulus Africanus.

Constitutata serie qua sese exceperint militiae equestres nunc agamus de muneribus civilibus praesertim de procuraturis et praefecturis quarum gradus pendebant ex militiis antea gestis. Hirschfeld quidem iam multa de hac re perbene disseruit. Sed ne contextus totius commentationis pervertatur denuo hanc quaestionem tractandam mihi proposui, praesertim cum haud exigua habeam argumenta quibus Hirschfeldii disquisitionem subtilem et copiosam aut confirmem aut augeam.

Qui ad procuraturas promovebantur equites fere semper antea erant donati et donis militariis ordinis inferioris quae sunt torques phalerae armillae coronae, et ordinis superioris quae sunt hastae et vexilla et coronae. Henzen 6850. Orelli 3651. C. VI, 1626. 1598.

Raro inveniuntur exempla praefectorum cohortis qui ex ipso hoc munere ad procuraturas pervenerint. Tac. hist. II, 92: praeposuerat (Vitellius) praetorianis Publilium Sabinum a praefectura cohortis. Henzen 5530: C. Furius Aquila Timesitheus praef. coh. I. Gall. in Hispania bis proc. rat. priv. per Bellicam et duas Germanias. Or. 3234: praef. cohortis — praef. ripae . . .

Primipili autem ad procuraturas et praefecturas admittebantur:

primipilus deinde:

proc. T. Claudi in Norico. C. V, 1838.

proc. Aug. rat. hereditatum. Wilm. 1265.

proc. prov. Lusitaniae et Vettoniae. C. II, 1178. 1267.

proc. et praeses Sardiniae. C. VI, 1636.

praef. civitat. in Alpibus marit. C. II, 1267.

praef. civitatum Moesiae et Treballiae. C. V, 1838. Henzen 6938.

praef. Raetis Vindolicis vallis Poeninae et levis armaturae. Henzen 6939<sup>1)</sup>.

Or. 3664: C. Titius Similis qui post primipilatum praepositus

1) Or. 1065 titulus spurius est.



erat vexillationi e . . . Asiam Lyciam Pamphyliam et Phrygiam, deinde pervenit ad procuraturam prov. Mysiae infer. eiusdem provinciae ius gladii obtinens. — C. V, 8660: primipilatus — subpraef. vigilum — procurator. (a. 150 p. C.).

Primipili bis longe superiorem gradum obtinent. Henzen 5456: p. p. II — procurator prov. Narbonensis. — C. I. L. VI, 1636: P. Vibius Marianus <sup>1)</sup> p. p. II ad procuraturam ascendit. — T. Claudius Secundinus <sup>1)</sup> vero inter primipilatum II et proc. XX hered. praefectura legionis functus est quem cursum honorum Mommsen ad C. I. L. V, 867 iure dicit raro inveniri. — Henzen 6938: p. p. II — procurator in Norico. (v. p. 27.)

Tribuni militum autem digni habebantur qui ad complures procuraturas promoverentur:

antea tribunus militum, deinde:

proc. Epiri C. I. G. II, p. 983. n<sup>o</sup>. 1813<sup>b</sup>. cf. C. II, 2213.

„ Lusitaniae C. VI, 1359. Henzen 6767.

„ Aquitaniae ad censum <sup>2)</sup> C. I. G. 3751.

„ ab alimentis C. II, 4238.

„ ab epistulis et a patrimonio Wilm. 1248.

„ ludi familiae gladiatoriae Caes. Alexandriae ad Aegyptum <sup>3)</sup>. Mommsen I. N. 2614 = Henzen 6158.

„ ad vectigalia XX hered. per provincias. Henzen 6940.

„ XX heredit <sup>4)</sup>. C. II, 2029.

„ viae Ostiae et Campanae. Mommsen I. N. 2627.

„ Alexandriae agonothetae certaminis pentaheterici.

C. II, 4136.

„ ad bona Plautiani <sup>5)</sup>. Wilm. 1277 = C. III, 1464.

„ ad solaminia et horrea. C. VIII, 619.

„ Aug. C. V, 533 = Wilm. 1244. Or. 3817. Henzen 6856.

1) v. pag. 22.

2) Or. 2156: trib. mil. — adiutor ad censum — proc. Aug.

3) C. I. L. VIII, 7039: trib. mil. proc. Aug. dioceseos reg. Hadrumetinae et Thevestinae et ludi matutini et ad putandas rat. Syr. — Or. 6520: trib. coh. I. Germ. — proc. ludi matutini.

4) antea trib. mil. III: C. II, 2029.

5) trib. mil. leg. II Parth. Get. — proc. ad bona Plautiani item proc. stat. privat. per Tusciam et Picenum item praepos. leg. VII Get. . . .

proc. rei privatae. C. III, 1464. C. I. G. 6771.  
 subprocurator prov. Mauretaniae Tingitanae item prov. Belgicae<sup>1)</sup>. C. III, 6065.

[IV vir viarum curandarum. Henzen 5426.]

praefectus classis Alexandriae<sup>2)</sup>. . . C. II, 1970 = Henzen 6928.

„ classis Misenatium. Or. 3613.

„ Asturiae. Henzen 6937. C. II, 4616.

„ Corsicae. Allmer I. d. V. I, 254, 73.

„ gentis Cinaethorum. C. VIII, 10500.

subpraef. classis. Or. 3601. Grut. 493, 6 = Or. 4601.

idiologus ad Aegyptum. Mommsen I. N. 4636.

- promagister XX heredit. Or. 3331. Henzen 5120. 6940.

Post tribunatum cohortium praetoriae, urbanae, vigilum qui dignitate praecedebat legionum tribunatum (p. 30), hae sunt procuraturae tributae:

proc. Asturiae et Gallaeciae. C. V, 534 = Wilm. 1247.

Henzen III p. 372.

„ Britanniae. C. V, 6513 = Or. 2222. Wilm. 1274.

„ Sardiniae. Or. 74.

„ Norici. C. V, 1838. 1839.

„ Dalmatiae et Istriae. Murat. 740, 9 = 848, 4.

„ Syriae. Mommsen I. N. 1884. cf. 1460.

„ Ponti et Bithyniae. C. VI, 1627.

procurator CC. Orelli 3444.

praef. civit. in Alpibus marit. Henzen 6938.

proc. famil. gladiat. per Asiam. Bithyniam. . . C. III, 249.

Praefecti equitum<sup>3)</sup> promovebatur statim ad munera:  
 antea praef. alae deinde:

procur. prov. Iudaeae. C. III, 5776.

„ „ Siciliae. Grut. 1028, 6.

„ „ Aquitaniae et Narbon. Mommsen I. N. 3618.

„ „ Daciae Malvensis. Grut. 433, 5.

1) cf. Or. 5040: Proculus praef. et curator. . . Trachonitidis Syriae et trib. leg. VI Claudiae. cf. Hirschfeld p. 248, 2.

2) (Proculus) trib. mil. leg. VII Claud. . . praef. classis Alex. et Potamophylaciae. cf. Henzen III, p. 393.

3) cf. Hirschfeldii in hanc rem sagacissimas animadversiones p. 248, 1.

- procur. prov. Ciliciae. C. III, 5211.  
 „ „ Cypri. Henzen 6927. Mommsen I. N. 3596.  
 „ „ Hellesponti<sup>1)</sup>. C. V, 875 = Or. 3651.  
 „ „ Armeniae maioris<sup>2)</sup>. Henzen 6947.  
 „ „ Lugdun. a censibus accipiendis. Henzen 6944.  
 „ „ monetae. Or. 3570. C. VIII, 9990.  
 „ „ ad Miniciam. Or. 516.  
 „ „ ab epistulis Caesaris. C. II, 1607 = Or. 2153.  
 „ „ Cretae item prov. Asiae<sup>3)</sup>. Eph. ep. IV n. 69.  
 „ „ aliment. in via Aemilia. Hist. A. Pert. 2.  
 „ „ XX hered. Henzen 5430. 5480.  
 „ „ Augusti. Henzen 6856. 6944.  
 „ „ Aug. praepos. limitis. C. VIII, 9790.  
 πρὸς ὄχθαις Τιβέρεως. C. I. G. 3991. cf. Henzen 6943.  
 praef. orae maritimae. Henzen 6703.  
 „ classis Syriacae. C. VIII, 8934.  
 „ ripae fluminis Euphratis. Henzen 6943.  
 „ vehiculorum. Wilm. 1250. Or. 3178. C. III, 6075.  
 adiutor ad census [prov. Lugd.] Or. 2156. Henzen 6519.  
 subpraef. classis Ravennatis<sup>4)</sup>. Or. 3888. 2223.

### III. QUID SIT PROCVRATOR?

Quaerenti de procuratoris notione quid sibi velit haec significatio in mentem veniunt vocabula ut proconsul praetor proquaestor. Simili enim modo procurator (graece

1) Huc referam titulum (apud Allmer J. d. V. atlas pl. 31<sup>5</sup> n. 235<sup>17)</sup>: C. Iulio Pacatiano . . . militiis equestribus perf. proc. prov. Osrhoenae.

2) cf. Wilm. 1249. Borgh. V p. 3: praef. equitum, censor Brittonum Anavionensium proc. Aug. Armeniae maioris. — Praef. equitum deinde censor: Henzen 6947. 6948.

3) militiis equestribus exornatus — proc. sexagenarius proc. Mesopotamiae. Henzen 6930. praef. alae — procuravit tres Gallias. Henzen 6944.

4) Animadvertendum est: C. I. L. VIII, 9007: praef. alae et procurator Augusti. — C. I. L. V, 3334: praefectus alae pro legato. Procuraturae etiam tribuuntur iis qui aliis muneribus militaribus sunt functi: Or. 798 cf. 3664: praepos. deinde proc. XX hered. Or. 3180: praepos. vexill. proc. operum publicorum. cf. C. I. L. III, 1919. Ind. p. 1132.

ἐπίτροπος κηδεμών διοικητής) dicitur is qui curatoris vice agit<sup>1)</sup>. Front. aquaed. 105: 'curatori aquarum procuratorem subiicit'. Atque qui peregre proficiscebantur sive amicis sive clientibus<sup>2)</sup> negotia commendabant, procuratores ergo relinquabant qui pro absente domino quasi vicarii eius fungerentur<sup>3)</sup>. Cic. pro Sulla 26: 'procurante eius rem et gerente'. Gai. IV, 84: 'nullis certis verbis. . . ex solo mandatu et absente et ignorante adversario constituitur'. I. G. Huschke<sup>4)</sup> autem (Analecta litteraria Lipsiae 1826 p. 283—290: de procuratorum origine) plurimum interesse inter eum qui mandatum suscipiat et procuratorem his verbis declarat: 'mandati susceptor ut quicumque alius negotiorum alienorum gestor, ex contractu obligatur: procurator vice domini est; procurator vice domini est; procurator quidem non est nisi ex mandato; sed non omnis cui mandatur procurator est'. cf. Dig. III, 3, 1 (Ulpianus): 'procurator est qui aliena negotia mandatu domini administrat — sed verius est eum procuratorem esse qui ad unam rem datus sit'.

Quaestiones de procuratoribus ad iuris civilis actiones pertinentes omitto, neque quid discriminis intersit inter procuratorem et cognitorem<sup>5)</sup>, inter procuratores unius rei et omnium rerum<sup>6)</sup> procuratores disquiram. De his rebus con-

1) Columella IX, 9 eundem curatorem alvearium dicit quem alio loco procuratorem appellat.

2) Pseudo-Asconius in Div. c. 4. Or. § 11: 'procurator si absentis negotium suscipit; aut cognitor si praesentis causam tuetur'. cf. Cic. ad. div. I, 3. VII, 32. VIII, 11. XIII, 21. ad Atticum I, 4, 8. IV, 16. VI, 1. Verr. II, 24. Leg. Iul. mun. vers. I, 36. cf. Cic. pro Caec. XX, 57 ubi procuratoris nomen et officia definiuntur. Cic. pro Tullio 29. 44. Gai. IV, 84.

3) Cic. pro Sulla 26. ad famil. XIII, 21. pro Quinctio 19. fin.

4) Antea iam de procuratoribus egerunt: Bynkershoek in libro II Observationum iuris Romani c. 20; Reimarus ad Dionem Cassium, Lib. LIII, 15 p. 708; Ritter ad Heineccii historiam iuris civilis tom. I p. 266. cf. Cod. Iust. lib. II tit. XII de procuratoribus. Dig. lib. III tit. III: de procuratoribus et defensoribus.

5) C. Drewcke de cognitoribus et procuratoribus in rem alienam constitutis Gaii et Ulpiani temporibus. Hal. Sax. 1857.

6) cf. Paul. I, 3 § 2 fr. 1: procurator aut ad litem — aut ad res administrandas datur. Dig. IV, 6, 35 § 2.

sulendus est liber: Bethmann-Hollweg 'der roemische Civil-process' vol. II (1865) p. 419. 420. 432 sqq. 441. (cf. Ulpiani expositionem in Dig. XVII, 1, 10, § 1—13. III, 3, 1.) Idem procuratoris auctoritatem ita definit (l. c. p. 419): 'der procurator ist nach dem juristischen sprachgebrauch derselben zeit der generalbevollmächtigte eines vom hause abwesenden, meist ein freund oder freigelassener der die gesammten angelegenheiten des abwesenden verwaltet, ihn also in jeder beziehung vertritt'.

Ut homo privatus <sup>1)</sup> ita etiam imperator <sup>2)</sup> res suas administrare potuit per procuratores qui et in Italia et per provincias vice principis funguntur. De quibus Ulpianus libro XVI (Dig. I, 19, 1): 'quae acta gesta que sunt a procuratore Caesaris sic ab eo comprobantur atque si ab Caesare gesta sunt'. Deinde procuratores ii etiam dicebantur qui ad negotium quoddam gerendum ab imperatore eligebantur. Cuius rei haec exempla proferam: Or. 3655: procurator Augustorum ad annonam provinciae Narbonensis et Liguriaei qui missione extraordinaria frumentum emebat; Plin. ep. ad Trai. XXVII, 36: 'Maximus libertus et procurator sibi quoque confirmat necessarios esse milites — praesertim cum ad frumentum comparandum iret in provinciam'. Procurator per Baeticam ad Falernas vites vegetandas quod munus Mommsen ex titulo Osquensi C. I. L. II, 2029 sagaciter eruit <sup>3)</sup>. Or. 2951. cf. Eckhel D. N. VIII p. 337. Or. 2952. Or. 39: procurator columnae divi Marci.

[Saepius etiam significatio 'procurator Augusti' toti numerum seriei praeponitur quasi gradum viri in universum ostendens: Wilm. 1251: L. Baebius Iuncinus proc. hered. proc. Aug. praef. Sardiniae. — Wilm. 1270: T. Claudius Priscianus proc. Aug. proc. prov. Pannoniae sup. — Allmer I. d. V.

---

1) Henzen 5140: Lentulus Gaetulicus procuratori suo. Or. 639: procurator eram Lepidae moresque regebam. De feminarum procuratoribus v. Friedlaenderum I, 419 sqq.

2) Imperator enim quasi privatus erat. Dio LII, 7. 15. 21. LIII, 1. LXV, 7. LXVII, 2. Or. 1613: dum ius gubernare remque fungor Caesarum.

3) Fortasse idem latet in titulo Hipensi C. I. L. II, 1085.

31<sup>3</sup> n. 235<sup>17</sup> 1). Qua in re cave ne duo munera accipias ut Wilmanns in titulo collectionis suae n. 1251. Addendi imperatoris aut Augusti nominis certa norma non perhibetur. Hirschfeld p. 241 ann. 1.]

Primum igitur genus procuratorum erat eorum qui rem privatam principis per Italiam<sup>2)</sup> aut per provincias administrabant. Late enim patebant imperatorum praedia<sup>3)</sup> ut per Germaniam medio aevo regis dominia ('koenigsgut') regiones permagnas complectebantur. 'Per Italiam quidem rari Caesaris agri' erant (Tac. ann. IV, 7) sed in provinciis fundi fiscales tanto maiores. Plin. h. n. XVIII, 6, 35: 'sex domini semissem Africae possidebant cum interfecit eos Nero princeps'. Frontin. in grom. p. 53. L.: 'in Africa ubi saltus non minores habent privati quam res publica territoria: quam immo saltus longe maiores sunt territoriis: habent autem in saltibus privati non exiguum populum plebeium et vicos circa villam in modum munitiorum'. Front. de cond. agr. p. 53: Caesar in provincia non exigua possidet. Statius III, 3, 86: 'creditur uni sanctarum digestus opum quod messibus Afris verritur'<sup>4)</sup>. Maximum autem praedium quod imperator domi retinuerat, Aegyptus erat<sup>5)</sup>. Huc etiam referendi videntur procuratores qui fiscum Caesaris administrabant vel imperatoris rem familiarem (Tac. ann. XII, 60), pecunias familiares (ib. IV, 15), res familiares (ib. IV, 6) curaverunt.

Deinde imperator iis qui vice domini i. e. principis in provinciis fungerentur aliud etiam munus commisit exsequen-

1) Or. 804. Confusa munerum series in titulo Nomentano Or. 208 exstat.

2) In ipsa urbe Roma procuratores erant. Henzen 6527: procurator in urbe. cf. Ulp. Dig. IV, 4 fragm. 11. § 2. Henzen 5530. 6347. Madvig II, 412 sq.

3) Uberius de hac re disputat Hirschfeld p. 24 sq. cf. Marquardt II p. 248. Herm. vol. XV p. 398 sq. Hirschfeld p. 25 ann. 3. Madvig II, 385 sq. 802.

4) Saltus Massipiani imperatorum erant qui procuratores praeponebant habitantes in ruinis Hammam appellatis. C. I. L. VIII p. 73.

5) Madvig II, 408. Tac. hist. I, 11. Philo adv. Flaccum II, 19: τὸ μέγιστον αὐτοῦ τῶν κτημάτων.

dum. Debebant enim vectigalia tributaque provinciis quasi victoriae praemium et poenam belli imposita exigere (Cic. Verr. III, 6, 12) <sup>1)</sup>).

Liberae reipublicae tempore equitum Romanorum societates vectigalia portoria scripturas alia onera conducebant. Interdum etiam imperatores vectigalia locabant <sup>2)</sup>; saepissime vero tributorum exigendorum caussa procuratores mittebant quos tabularii dispensatores arcarii commentarienses subsequebantur <sup>3)</sup>. Quod non solum in provinciis imperatori traditis sed etiam in iis quas Augustus senatui reservarat factum esse Dio LIII, 15 testis est: τοὺς ἐπιτρόπους — οὕτω γὰρ τοὺς τὰς τε κοινὰς προσόδους ἐκλέγοντας καὶ τὰ προστεταγμένα σφίσιν ἀναλίσκοντας ὀνομάζομεν — ἐς πάντα ὁμοίως τὰ ἔθνη τὰ τε ἑαυτοῦ δὴ καὶ τοῦ δήμου . . . πέμπει πλὴν κάθοσον τοὺς φόρους οἱ ἀνθύπατοι παρ' ὧν ἄρχουσιν εἰσπράσσοισιν <sup>4)</sup>. Provinciae enim quasi praedia populi Romani habebantur <sup>5)</sup>; cuius praedii quae partes non erant distributae 'vectigalibus erant subiectae aliae per annos aliae vero mancipibus ementibus i. e. conducentibus in annos centenos' <sup>6)</sup>. Ita etiam ea vectigalia quae aerario debebantur et populi Romani erant, ut vigesimam populi Romani (C. I. L. III, 2922) procuratores Augusti cogebant; praeterea redditus salinarum et fodinarum administrabant. Imperatores enim non solum in Caesaris sed etiam in senatus provinciis metalla posside-

1) Extant enim in titulis et conductores quattuor publicorum Africae (Henzen 6650) et procuratores publicorum Africae (Henzen 6648. 6649). Tac. ann IV, 7. XIII, 50. Marquardt II, 303 sq. Mommsen R. St. II, 977, ann. 2.

2) Quod verbum hac significatione adhiberi docet Henzen 6357: Bruzza no. 1: sub cura C. Cerealis proc. subsequente Sergio Longo centurione leg. XXII primig.

3) Ita Mommsen (R. St. II, 965 ann. 1.) reprobans Hirschfeldii opinionem censet. cf. Dig. I, 16, 9 pr.

4) Madvig II, 391.

5) Cic. Verr. II, 2, 3 § 7. Gai. Inst. II, 7: 'sed in provinciali solo placet plerisque solum religiosum non fieri quia in eo solo dominium populi Romani est vel Caesaris'. cf. II, 21.

6) Hygen. de limit. const. II. — De tributis et vectigalibus cf. Savigny die roemische steuerverfassung (zeitschrift fuer geschichtl. rechtswissenschaft vol. V. XI).

bant, ut docemur titulo Vipascensi, edito in ephem. ep. vol. III p. 165 sqq. v. 13. 29. cf. Marquardtium II, 252. Dig. L, 16, 17 § 1.

Quae officia auctoritatem qua initio procuratores praeditos fuisse supra exposuimus admodum mutabant. Sed paullo post maiorem etiam adepti sunt potestatem cum imperatoris mandatu provinciarum nonnullarum totam exercerent administrationem. Erant enim provinciae nondum satis pacatae quas imperator ipse regere vellet. Dio LIII, 12. Quibus terris equites praeponebantur qui imperatoris vice administratione fungerentur. (Strabò IV, 6, 4: ἐπὶ δὲ τοὺς ὀρεινοὺς πέμπεται τις ὑπαρχος τῶν ἵππικῶν ἀνδρῶν καθάπερ καὶ ἐπ' ἄλλους τῶν τελέως βαρβάρων.) Atque iidem praefecti <sup>1)</sup> sunt appellati. Henzen 6939: praefectus Raetis Vindolicis vallis Poeninae et levis armaturae. — C. I. L. V, 1838: praefectus civitatum in Alpibus maritimis <sup>2)</sup>. — C. I. L. II, 3271: praefectus Gallaeciae. — Henzen 6938: praefectus Moesiae et Treballiae <sup>2)</sup>. — Henzen 6937: praefectus Asturiae <sup>2)</sup>. — Henzen 6923 (C. I. L. VI, 1642): praefectus Mesopotamiae. — Allmer I. d. V. I, 254: praefectus Corsicae. Or. 626: M. Iulius regis Donni filius Cottius praefectus civitatum (in arcus Segusini inscriptione) appellatur. — Wilm. 1610: L. Voluseno Clementi trib. mil. praef. equit. praef. Galliae Narbonensis. Ita tres Galliae Druso annis 13—19, Tiberio annis 9—7, Germanico annis 13—17 p. C. paruerunt <sup>3)</sup>. Simili etiam condicione usa est Aegyptus quam 'veritus est (Augustus) provinciam facere ne quandoque violentiorem praesidem nacta novarum rerum materia esset' <sup>4)</sup>. Quibus praefectis legati

1) De origine praefecti nominis v. Festum s. v. praefecturae. Liv. XXXII, 2, 5. XLII, 2. Kuhn II p. 83 discernit duo genera praefectorum: 'pr. sind die von provincialstatthaltern in provincialstädte abgeordnete und statthalter kleinerer provinzen'.

2) Quem Renier 2715 comparare iubet cum praefecto gentis Musulamiorum, cf. Wilm. in eph. ep. II p. 275. C. I. G. 6771. ἐπίτροπος καὶ ἡγεμὼν τῶν παραθαλασσίων Ἰλλυριῶν. Spart. Hadr. 6: praefectura Mauretaniae. Henzen 6940: proc. Augg. et praef. Sardiniae. Wilm. 2731: praefectus montis Berenices. — C. I. L. II, 4138: praef. orae maritumae.

3) Marquardt I p. 268.

4) Suet. Octav. 35.



etiam officia committebantur. Or. 732: praefectus pro legato insularum Baliaium. Henzen 6933. 6943. Paulo vero post praefecti provinciarum fere omnes nomine commutato procuratores sunt appellati. Ita Alpes quarum gentes ferocissimae iugum accipere nollent, Thracia et Mauretaniae <sup>1)</sup>, Iudaea semper rebellans caute habebantur non quasi provinciae sed tamquam Caesaris praedia per procuratores administrata.

Or. 3601: procurator et praeses Alpium. — Grut. 493, 7: procur. et praeses Alpium Cottiarum. — Borghesi V, p. 406: proc. Aug. n. et praeses Alpium Cottiarum. — Henzen 5190: Dexter procur. et praeses prov. Sardiniae. Or. 74. C. I. G. 6771: ἐπίτροπος καὶ ἡγεμῶν. — C. I. L. VI, 1636: Marianus proc. et praeses Sardiniae. — C. I. L. II, 484: proc. prov. Mysiae (i. e. Moesiae) infer. eiusdem provinciae ius gladii obtinens <sup>2)</sup>. — C. I. L. III, 1919: proc. Liburniae cum iure gladii. cf. Marini arv. p. 623<sup>b</sup>. 614<sup>b</sup>. 547. C. I. G. 2509. Or. 3888: proc. Alpium Atractianarum et Poeninarum iure gladii.

Iam supra nonnulla de origine harum provinciarum enarravi. Nusquam procuratores maiore usi sunt dignitate auctoritateque quam in his tractibus. Revera enim regum loco erant. C. I. L. III, 35. Tac. hist. I, 11: 'Aegyptum copiasque quibus coerceretur . . iam inde a divo Augusto equites Romani obtinent loco regum'. Syriae et Africae dynastae <sup>3)</sup> nihil aliud quam procuratores erant. Sallust. Iug. 14: 'Micipsa pater meus moriens mihi praecepit, uti regni Numidiae tantummodo procurationem existumarem meam, ceterum ius et imperium penes vos esse'. Herodes vix maiore potestate

1) Tac. hist. I, 11: duae Mauretaniae Raetia Noricum Thracia et quae aliae procuratoribus cohibebantur. cf. Plin. h. n. V, 1.

2) Mommsen R. St. II, 259 sq. Ita discernit Dio eos qui provincias senatorias administrant μήτε ξίφος παραζωννημένους μήτε στρατιωτικῆ ἔσθῆτι χρωμένους atque legatos procuratoresve provinciarum imperatoris τὴν στρατιωτικὴν στολὴν φοροῦντας καὶ ξίφος οἷσγε καὶ στρατιώταις δικαιοῦσαι ἔξεστιν, ἔχοντας. Hist. Aug. Alex. Sev. 49. Dig. I, 18, 6, 8.

3) O. Bohn, qua condicione iuris reges socii populi Romani fuerint. Berol. 1876. p. 60. De provinciis procuratoriis quarum administrationem alio loco sum explicaturus cf. C. I. L. III p. 588.

usus est; pater eius Hyrcanus ἐπίτροπος nominatur. Aliis regibus ut secundum populi Romani voluntatem regerent procuratores arponebantur. Dio LVII, 17: τὸν δὲ δὴ Ἀρχέλαον . . . μετεπέμψατο . . . οὐ μόνον ὑπεργήρων ὄντα ἀλλὰ καὶ δεινῶς ποδαργῶντα καὶ προσέτι καὶ παραφρονεῖν δοκοῦντα ἔπαθε μὲν γάρ ποτε τοῦτο ὄντως ὥστε καὶ ἐπίτροπον παρὰ τοῦ Αὐγούστου τῆς ἀρχῆς λαβεῖν.

#### IV. DE OFFICIIS ET AVCTORITATE PROCVRATORVM.

Tria procuratorum genera<sup>1)</sup> esse distinguenda ex iis quae modo diximus apparet. Procuratorem qui initio nihil aliud fuit quam 'der bevollmächtigte eines roemischen privatmannes der entweder in geschäften verreist oder ausserhalb Italiens grundbesitz zu verwalten hat'<sup>2)</sup> inde maiora munera et dignitatem praestantiorum capessere vidimus. Sed numquam eum magistratum nec quod nos dicimus 'beamter' fuisse tenendum est<sup>3)</sup>. Quod Hirschfeld his verbis declaravit: 'schon der bescheidene und aus dem privaten haushalte herübergenommene titel procurator Augusti wie auch der den höchsten kaiserlichen bevollmächtigten erteilte name praefectus, liess keinen zweifel darüber, dass diese beamte nicht als magistrat angesehen werden sollten und konnten, sondern nur als gehilfen und mandatare des kaisers'<sup>4)</sup> (p. 241). Procuratura igitur defuncto principe ab imperatore succedente erat renovanda et iterum mandanda<sup>4)</sup>. Quod Hirschfeld (p. 241 ann. 1)

1) Quae Madvig in operis sui parte altera nunc edita de administratione provinciarum exposuit non satis potui inspicere.

2) Marquardt I, 555. cf. Dig. XXX, 39 § 10: 'ea praedia Caesaris quae in formam patrimonii redacta sub procuratore patrimonii sunt'.

3) Tac. ann. XII, 60: 'Nam D. Augustus apud equestres qui Aegypto praesiderent, lege agi decretaque eorum proinde haberi iusserat ac si magistratus Romani constituissent'. — Praefectus Aegypti habebatur quasi Ptolemaeorum nepos. — Qui rege adhuc puero regnum procurabant appellari possunt nostro nomine 'reichsverweser'. Caes. b. c. III, 112. Madvig II, 112.

4) Qui procuratores iterum sese nominabant. C. I. L. VI, 798: proc. ab epistulis et a patrimonio, iterum ab epistulis Divi Nervae. . . eodem auctore . . . ab epistulis tertio Nervae Caes. Traiani Aug. Germ. . .

suspicatus est procuratorem non esse nisi fiscalia agentem eamque ob rem hunc titulum non inveniri in muneribus: ab epistulis, a libellis nescio an sit rectum. Fortasse quidem comprobari potest haec sententia ex Strabonis loco (III, 4, 20: εἰσὶ δὲ καὶ ἐπίτροποι τοῦ Καίσαρος ἵππικοὶ ἄνδρες οἱ διανέμοντες τὰ χρήματα τοῖς στρατιώταις εἰς τὴν διοίκησιν τοῦ βίου qui nos docet Augusti tempore procuratores militibus stipendia persolvere <sup>1)</sup>).

Procuratores neque erant magistratus neque imperio militari erant praediti. Copiae igitur iis, etsi magno apparatu instructi <sup>2)</sup> in provincias abirent, nullae paruerunt nisi cohortes quaedam iis attributae ob disciplinam continendam <sup>3)</sup>. Plin. ep. ad Trai. 27: 'Maximus libertus et procurator tuus . . . sibi quoque confirmat necessarios esse milites'. Procuratori etiam annonae milites erant appositi <sup>4)</sup>. Suet. Claud. 25: 'Puteolis et Ostiis singulas cohortes ad arcendos incendiorum casus collocavit'. Tac. hist. I, 80: 'septumam decumam cohortem e colonia Ostiensi in urbem acciri Otho iusserat'. Procurator monetae quoque nonnullis cohortibus praefuit <sup>5)</sup>. Tituli vero, magna ex parte in provinciis circa Danubium flumen sitis reperti exhibent procuratorum beneficiarios quos Cauer in eph. ep. vol. IV p. 389 fere omnes collegit. Sunt enim hi beneficiarii procuratorum:

C. I. L. III, 5161: Adnamius Flavinus bf. Ulpi Victoris proc.  
— Celeiae p. C. 158.

1) Quod officium quondam quaestoribus erat mandatum.

2) Suet. Oct. 30. Dig. L, 5, 12, 1: 'comites praesidum et proconsulum procuratorumve Caesaris . . .'

3) Kuhn I, 152. Procurator accusatus est quod vim praetoris usurpasset, manibusque militum usus foret. Tac. ann. IV, 15. cf. Antonini Pii rescriptum (Callistrat. Dig. I, 19, 3, 1): 'procuratores Caesaris si quasi tumultuosum vel iniuriosum adversus colonos Caesaris prohibuerint in praedia Caesariana accedere abstinere debent'.

4) commemorantur centuriones annonae (Henzen 6532) cornicularii procuratoris annonae Ostis (Henzen 6520); cornicularii praefecti-annonae Or. 3489. Marquardt II, 528. cornic. proc. prov. Lugdunensis et Aquitanicae Henzen 6942.

5) cf. titulum Vipascensem in eph. ep. III p. 165. v. 24. — De principalibus procuratorum praefectorum legatorum Aug. p. pr. Mommsen in eph. ep. vol. IV p. 533 disputavit.

- III, 5162: Adnamius Flavinus bf. Useni Secundi proc.  
Aug. — Celeiae. p. C. 158.
- III, 1295: T. Aurelius Diocles. bf. proc. — Ampeli.  
p. C. 161.
- III, 4559: T. Claudius Censor bf. proc. — Vindobonae.
- III, 5169: C. Fuscinius Catullus bf. Ulpi Victoris proc.  
Aug. — Celeiae. p. C. 158.
- Eph. ep. II, 683: T. Flavius Fabia Romanus Roma bf. proc.  
Aug. — Aquinci.
- C. I. L. III, 3441: Q. Hostius Fortunatus bf. proc. — Aquinci.
- III, 3947: T. Claudius . . . atu bf. proc. — Sisciae.
- II, 2552: Fabi Martiani bf. proc. Augg. — in castro  
S. Christophori. p. C. 163.
- II, 2553: Flavius Flavi bf. proc. Augg. — in castro  
S. Christophori. p. C. 167.
- III, 533: Iulio Menenio Victori bf. Corneli Dextri  
proc. Galliae et Germ. — Athenis.
- III, 3942: Q. Iulius Moderatus bf. proc. — Sisciae.
- III, 6218: C. Iulius Primus bf. proc. — Arrubi in  
Moesia infer.
- Boissieu p. 527, 121: Iulius Sempronius Victor bf. proc. —  
Lugduni.
- Eph. ep. IV, 171: Satrius Felix bf. proc. — Ampeli in Dacia.
- C. I. L. III, 3663: Terentius Iustus bf. proc. Aug. — Aquinci.
- III, 3448: Valerius Victor bf. proc. — Aquinci.
- III, 3449: Vibius Augustalis bf. proc. Aug. — Aquinci.
- III, 5181: M. Ulpus Crescens bf. Censorini Nigri  
proc. Aug. — Celeiae.
- III, 3454: M. Ulpus Ursinus bf. proc. Aug. —  
Aquinci.
- III, 5179: Surus bf. Memmi Apollinaris proc. Aug. —  
Celeiae.
- III, 5177: . . . uconius Primus bf. Plauti Caesiani  
proc. Aug. — Celeiae.
- III, 3442: . . . ius Iuvenalis bf. proc. Aug. — Aquinci.
- III, 5689: . . . ex bf. proc. — Lentiae.
- III, 6179: . . . ex bf. proc. 1, 25 — Troesmi.
- III, 6179: . . . intim ex bf. proc. 3, 15 — Troesmi.
- Or. 4109: Cn. Sentio Cn. f. Cn. n. Ter. Felici — patrono

decuriae scribarum et multarum aliarum, in his item beneficiariorum proc. Aug. — Ostiae.

Seidl, beiträge p. 79: Q. Kaninius Lucanus bf. Usieni Secundi proc. Aug. — p. C. 158.

Fortasse etiam in titulo Nemausensi Or. 3512 latet beneficiarius proc. Aug.

Quam ob rem Mommsen<sup>1)</sup> beneficiarios etiam iis procuratoribus qui non essent vice praesidis attributos fuisse putavit. Quod mea sententia tum evenit cum extraordinaria missione irent in provinciam ut Maximus ille in Plinii epistula ad Traianum 27. 28: 'Maximus libertus et procurator tuus praeter decem beneficiarios quos assignari a me Gemellino . . . iussisti, sibi quoque confirmat necessarios esse milites . . . quin etiam addidi duos equites'. — Ita procurator decem beneficiarios, adiutor procuratoris duos accepit; sed eodem loco (ep. 28) additur: 'fungebatur enim et ipse extraordinario munere cum ad pristinum actum reversus fuerit, sufficient illi duo a te dati milites et totidem a Viridio Gemellino procuratore meo quem adiuvat'. Accedit quod ii beneficiarii quorum tempus definire possumus Antoninorum aetati asscribendi videntur cum in provinciis circa Danubium sitis novae neque exiguae barbarorum incursiones aut expectabantur aut factae sunt. Quam ob rem procuratorum quoque potestas augebatur.

In conspectu beneficiariorum quem supra inseruimus dubium videtur procuratores utrum fisci fuerint an provinciarum regendarum causa missi sint. Procuratoribus enim fisci beneficiarios esse appositos constat.

In provinciis igitur quas Augustus sibi reservaverat<sup>2)</sup> praeter legatum Augusti<sup>3)</sup> quem secundo tertiove saeculo praesidis nomine designatum esse perhibetur (Ulpian Dig. XXVIII, 6, 2 § 4.) et legionum legatos procuratores erant Augusti

1) Eph. ep. IV p. 389. Index ad C. I. L. III, p. 1156. Mommsen R. St. II p. 254.

2) Suet. Aug. 47: 'provincias validiores et quas annis magistratum imperiis regi nec facile nec tutum erat ipse susceperit'.

3) Legati pro praetore praetorii erant et consulares. Quanta quidam auctoritate sint praediti inde apparet quod legatus pr. pr. Daciae postea factus est consul. C. I. L. III, 1562.

qui iisdem fere muneribus fungerentur quibus quaestores in provinciis senatoriis<sup>1)</sup>. Cum vero res fiscales quae imperatori, tributa quae fisco debebantur per senatus magistratus administrari nequirent, etiam in provinciis senatui vindicatis offendimus in procuratores<sup>2)</sup> quos Claudius a. 53 a populi Romani magistratum ditione liberavit<sup>3)</sup>. Dig. I, 16, 9: 'sane si fiscalis pecuniaria causa sit quae ad procuratorem principis respicit, melius fecerit (proconsul) si abstineat'. Primum quidem tales causae in provinciis per legatos<sup>4)</sup>, Romae per praetores erant diiudicandae nisi imperatores ipsi crimina persequerentur<sup>5)</sup>. Quem modum Tiberius initio imperii sui observavit (Tac. ann. IV, 7: 'si quando cum privatis disceptaret, forum et ius, deinde neglexit'. Tac. ann. XII, 60: 'D. Augustus apud equestres qui Aegypto praesiderent lege agi decretaque eorum proinde haberi iusserat ac si magistratus Romani iussissent; mox alias per provincias et in urbe pleraque concessa sunt, quae olim a praetoribus noscebantur. Claudius omne ius tradidit'<sup>6)</sup> (sc. procuratoribus) . . . cf. *ibid.*: 'eodem anno

1) Gai. I, 6: in provincias Caesaris omnino quaestores non mittuntur. Hist. Aug. Ant. P. 6. Mus. Rhen. XI, p. 79.

2) Saeculo quinto defensores sunt appellati. Cod. Theod. 8, 12, 8: in provinciis apud provinciarum rectores vel si praesto non fuerint, apud magistratus municipales, vel si civitas vel oppidum . . . non habet magistratus apud defensorem plebis. Cod. Iust. VIII, 53, 30, 1.

3) Dig. I, 16, 9 pr. de officio proconsulis. Sed non de omni res procuratores sententias dare potuerunt, etsi saepius arrogabant. L. 23 § 1. D. Coll. XIV, 3. Capitol. Gord. 7. Dig. 49, 14, 47, 1. L. 48. L. 50. Dig. de iure fisci (49, 14). Dig. II, 15, 8, 19.

4) Tac. ann. IV, 15. Dio (LVII, 23): οὐ γὰρ ἐξήν τότε (a. 23) τοῖς τὰ αὐτοκρατορικὰ χρήματα διοικοῦσι πλέον οὐδὲν ποιεῖν ἢ τὰς νενομισμένας προσόδους ἐκλέγειν καὶ περὶ τῶν διαφορῶν ἔν τε τῇ ἀγορᾷ καὶ κατὰ τοὺς νόμους ἐξ ἴσου τοῖς ἰδιώταις δικάζεσθαι.

5) Tac. dial. 7: aut reum prospere defendere aut apud centum viros causam aliquam feliciter orare aut apud principem ipsos illos libertos et procuratores principum tueri et defendere. Tac. ann. XIII, 33. Dio LX, 33.

6) Suet. Claud. 12: 'ut rata essent quae procuratores sui in iudicando statuerent precario exegit'. Suet. Dom. 12. Tac. ann. XII, 60 Cod. Iust. III, 26, 3. X, 8, 1. Paull. V, 16, 5. De iurisdictione singulorum procuratorum ut proc. annonae non dicam.

saepius audita vox principis parem vim rerum habendam a procuratoribus suis iudicaturum ac si ipse statuisset, ac ne fortuito prolapsus videretur, senatus quoque consulto cautum plenius quam antea et uberius.

Sed ex eo quem supra citavimus Ulpiani loco (Dig. I, 16, 9) apparere videtur proconsulem etiam in quibusdam rebus sententias dixisse fortasse in iis quae ad aerarium pertinebant<sup>1)</sup>. Certe procurator interdum iudicem dare potuit. Cod. Iust. III, 3, 1: 'procuratori nostro non vice praesidis agenti, dandi iudices inter privatas personas non competere facultatem, manifestum est'. Dig. IL, 1, 23, 1: 'quum procurator Caesaris qui partibus praesidis non fungebatur, in lite privatorum ius dandi iudices non habuisset, frustra provocatum ab ea sententia constitit, quae non tenebat'. Sed iam ex his duobus locis apparet non omnes procuratores qui partibus praesidis non fungerentur tam praecipuo iure fuisse praeditos.

Fieri non potuit quin saepius inter procuratores et proconsules seu eos qui pro consule essent in provinciis rixae orerentur cum officia utrique mandata affinitate quadam essent coniuncta<sup>2)</sup>. Tac. Agric. 9: (Agricola) 'procul ab aemulatione adversus collegas procul a contentione adversus procuratores et vincere inglorium et atteri sordidum arbitrabatur'. H. A. Gord. 7: 'cum quidam rationalis acrius contra plurimos Afro- rum saeviret quam Maximinus ipse pateretur proscribens plurimos, interficiens multos et sibi ultra procuratorem omnia vindicans, retunsus inde a proconsule atque legato nobilibus et consularibus viris ipsis minaretur exitium'. cf. Suet. Vesp. 16. Hist. A. Pius 6. Tac. hist. I, 7. Suet. Galba 9<sup>3)</sup>. Herod. IV, 7, 2.

De procuratorum auctoritate certiores nos reddit decretum L. Helvi Agrippae proconsulis Sardiniae a. 68 p. C. quod Mommsen in Hermae vol. II p. 102 sqq. publicavit (Wilm. 872, a.). Gallilenses cum fines Paluicensium quos M. Metellus tabula aenea ordinaverat, non servarent, apud procuratorem

1) Mommsen R. St. II, 982 ann. 3.

2) Cod. Iust. III, 26, 2.

3) Plut. Galba 4 testimonium potestatis procuratoriae praebet.

M. Iuventium Rixam (a 65/66) accusabantur qui denuo 'edicto admonuit, ut quiescerent et rebus iudicatis starent et intra kal. Octobres primas de praedis Paluicensium recederent'. [Eodem decreto cum initio procurator deinde proconsul sit constitutus iudex docemur de mutata Sardiniae insulae administratione. Paus. VII, 17,3].

Sed hoc monendum est nec proconsules<sup>1)</sup> nec procuratores tales lites<sup>1)</sup> diiudicare potuisse nisi extraordinario mandatu imperatoris<sup>2)</sup>. Quod Nero a. 58 edixit: 'Romae praetor, per provincias qui praetore aut proconsule essent iura adversus publicanos extra ordinem redderet' (Tac. ann. XIII, 51) — etiam ad procuratores referendum videtur etsi potestatem quam Claudii decretum supra commemoratum iis dederat, strictius definire nequimus.

Vix credam omnes procuratores sententias dixisse cum multi eorum ad tempus tantum sint electi, ut procurator ad bona damnatorum, alii qui patrimonia, vigesimam hereditatum, societates publicorum, monetam administraverint procuratoribus dignitate praecedentibus provinciasque curantibus sint attributi tamquam adiutores. Nerva deinde procuratoribus qui in Italia et Romae fungebantur iurisdictionem ademit praetorique commisit fiscali. Pomp. dig. I, 2, 2, 32: 'et adiecit divus Nerva qui inter fiscum et privatos ius diceret'. Plin. paneg. 36<sup>3)</sup>. Neque licuit procuratoribus in rebus quae civiles erant nec fiscales<sup>4)</sup>

1) Mommsen in Herm. vol. II, p. 120 sqq. Proconsules etiam in hac re iudicabant. Notus est Q. Gellius Sentius Saturninus qui Hadriano imperatore inter Lamiae et Hypatae incolas diiudicavit. Hertzberg, gesch. griech. u. d. Roemern II, p. 44. Madvig II, 115. cf. Bruns Fontes i. p. 191.

2) Or. 4301: de controversia finium quam habetis cum Marianis pendente es is agris quos a procuratore meo Publilio Memoriale emistis ut finiret Claudius Clemens procurator meus, scripsi et mensorem misi. — De causis per praefectum aerarii dictis Hirschfeld p. 49 et Mommsen R. St. II, 982 ann. 4 disputaverunt.

3) Or.-Henzen 2379. 6453. 6500.

4) Cod. Iust. III, 13, 1: 'non quidem fuit (competens) iudex procurator noster in lite privatorum, sed cum ipsi eum iudicem elegeritis, et is consentientibus adversariis sententiam tulerit, intelligitis vos acquiescere debere rei ex consensu vestro iudicatae, cum et procurator iudicandi po-



ius dicere neque multam<sup>1)</sup> neque poenam quae capitis diminutionem continere videretur imponere etsi saepius hanc potestatem usurparent<sup>2)</sup>. Sed sententias a praetoribus seu proconsulibus dictas persolvere debebant. Mommsen R. St. II, 983, ann. 3. Septimius Severus a. 197 edixit 'defunctis homicidii reis apud procuratorem causam agendam esse'. Cod. Iust. III, 26, 1. Sed neque exempla proferre neque lites quasdam quas procuratores diremerint exponere possumus. Codex enim Iustinianus sententias nobis interdum praebet quae ad rem ipsam tractandam difficultatesque persolvendas fere nihil valent, ut I. 50, 1: 'in causa quae spectat ad utilitatem rei publicae, eum qui vice praesidis provinciam administrat, potuisse cognoscere, in dubium non venit'. (dat. a. 240)<sup>3)</sup>.

A procuratoris iudicio ad imperatorem provocari potuit<sup>4)</sup>. Dio LII, 33. Cod. Iust. II, 47, 1: 'princeps solus contra sententiam procuratorum suorum in integrum restituere solet'. (p. p. a. 215). Postea quidem per procuratorem causa in integrum restitutionis agi potuit. cf. edictum Alexandri Severi imp. a. 231. (Cod. Iust. II, 49, 1).

Procuratores etiam cum ex provinciis reverterentur, rationem reddere debebant decretaque et recognita ad tabu-

---

testatem inter certas habeat personas, et vos, incongruum cum esse vobis iudicem scientes, tamen audientiam eius elegistis. (dat. II Id. Ian. a. 214). Cod. III, 26, 1. III, 3, 1. Dig. II, 1, 23, 1.

1) Cod. Iust. I, 54, 2: 'procuratores meos vel rationales mulctae indicendae ius non habere'. (dat. a. 228). ib. X, 8, 1. Dig. I, 19, 3.

2) Cod. Iust. IX, 20, 4: 'non valet procuratoris sententia si vicem praesidis non tueatur, qui legi Fabiae locum esse pronuntiavit cum eius legis disceptatio ad praesidis provinciae pertineat notionem' (p. p. 239). De advocatis fisci ab Hadriano iudicibus constitutis v. Spart. Hadr. 20. Cod. Iust. II, 8. Dig. II, 14.

3) Cod. Iust. VII, 12, 1: — a praesidibus provinciarum vel qui coercendorum malefactorum potestatem habent —.

4) Neque diu valuit Caligulae concessio qui magistratibus liberam iurisdictionem et sine sui appellatione permisit. Exempla appellationum v. Suet. Oct. 33. Nero. 17. Dio LII, 21, 33. Tac. ann. XIV, 28. Plin. ep. IV, 12. Hist. Aug. Prob. 13. Marc. 10. De provincialium ad imperatorem appellatione Madvig II, 264. cf. Mommsen R. St. II, 930 sqq.

larium principis referebant<sup>1)</sup>. Mommsen in *Hermae* vol. II p. 130. *Liberac etiam rei publicae tempore e provincia in urbem reversi per legatos civitatum provincialium et laudabantur et accusabantur*<sup>2)</sup>. Ac praetores quaestores legati rationes ad aerarium referre debebant. Cic. *Verr.* I, 38. 39. *Lege deinde Iulia de ordinandis provinciis constitutum est 'ut magistratus antequam e provincia decederent, apud duas civitates in provincia rationes deponerent isdem verbis quibus ad aerarium relaturi essent'*<sup>3)</sup>.

Quod antea saepissime factum est ut improbi proconsules propraetores vel qui alii provincias administrassent accusarentur, sub imperio raro evenit. Provinciae enim multo melius habebantur quod qui praecerant ab imperatoribus cohibebantur neque eadem qua antea potestate erant praediti<sup>4)</sup>. Accedit quod longum per tempus procuratores si bene sese gesserint, in provinciis sunt commorati, ut 'plerique isdem negotiis insenuerint'<sup>5)</sup>. Tac. *ann.* IV, 6. Nam quod viri docti ex Suet. *Galba* 15 'existimabatur etiam senatoria et equestria

1) Ut quaestor rationes ad aerarium referebat. Cic. *ad. fam.* V, 20. in *Pis.* XXV, 61. Mommsen *roem.forsch.* II, p. 432. cf. Mommsen *R. St.* I, 678.

2) Francke de provinciarum Romanorum forma atque administratione in *Seebode-Friedemann Miscellanea critica* II p. 329 sqq.

3) Cic. *Verr.* I, 35. V, 22.

4) Anno 23 Asia provincia accusabat Lucilium Capitonem procuratorem. Tac. *ann.* IV, 15: 'magna cum asseveratione principis non se ius nisi in servitia et pecunias familiares dedisse: quod si vim praetoris usurpasset manibusque militum usus foret, spreta in eo mandata sua'. Dio LVII, 23. Tac. *ann.* XIII; 30: 'damnatus isdem consulibus (a. 56 p. C.) Vipsanius Laenas ob Sardiniam provinciam avare habitam, absolutus Cestius Proculus repetundarum Cretensibus accusantibus'. cf. Tac. *ann.* XIII, 33. XIV, 18. Hertzberg *gesch. Griechenlands* II, 96. Friedlaender *sitt.* I, 229. Suet. *Aug.* 66. *Domit.* 8. Quam vexarit Seneca Britanniam Dio Cassius LXII, 2 nobis tradit.

5) *Hist. Aug.* Pius 5: Pius factus imperator nulli eorum quos Hadrianus provexerat successorem dedit fuitque ea constantia ut septenis et novenis annis in provinciis bonos praesides detineret. — Provinciae tum floruerunt. (Strabo *Geogr.* VI, 4, 2. p. 288. XIII, 8, p. 627) *Hist. Aug.* Ant. P. 7: provinciae sub eo cunctae floruerunt. *Hist. A. Hadrian.* 4.

officio biennio spatio determinaturus' collegerint procuraturam fuisse biennem<sup>1)</sup>, minime constat. Praefectos Aegypti<sup>2)</sup> saepe multos annos eo officio fungebantur, quod cum alium P. Rubrii Barbari tituli docent, quorum alter a. 741/2 (a Weschero in Bull. dell' Inst. 1866 p. 51 publicatus) alter a. 732 (eph. ep. IV p. 26 n. 34) positus est. Mutatam rationem magistratus in provinciis retinendi apta comparatione Tiberius explicavit<sup>3)</sup>: φύσει μὲν γὰρ εἶναι πᾶσαν ἡγεμονίαν τοῦ πλεονεκτεῖν. τὰς δὲ μὴ παγίους ἀλλ' εἰς ὀλίγον καὶ ἄδηλον ὅποτε ἀφαιρεθεῖεν καὶ μειζώνως ἔξοτρύνειν ἐπὶ κλοπαῖς τοὺς ἔχοντας<sup>4)</sup>. Niger Marco et Commodo suavit ut nulli ante quinquennium succederetur provinciae praesidi vel legato vel proconsuli quod prius deponerent potestatem quam scirent administrare'. Hist. A. Pescenn. 7. cf. Tac. hist. IV, 49. Legatorum vis adolevit diuturnitate officii.

Procuratoris officium ac munus haud raro augebatur ita ut in provinciis senatoriis vice defuncti vel absentis proconsulis fungerentur<sup>5)</sup> aut ius gladii acciperent<sup>6)</sup>. Simili modo rei publicae tempore quaestores interdum vice proconsulis fuerunt. Marquardt I, 530. Raro quidem in provinciis imperatoris procuratores vice praesidis inveniuntur, quos Marquardt I p. 556 ann. 7 collegit<sup>7)</sup>. Neque procuratorum pro

1) cf. Dio LX, 33, 5.

2) Hirschfeld p. 268.

3) Ioseph. Ant. Iud. XVIII, 6, 5. Dio LIII, 13: τῆ τε οὖν ἐπικλήσει τῆ τῶν ἀντιστρατήγων τοὺς αἰρετοὺς χρῆσθαι καὶ ἐπὶ πλείω καὶ ἐναυτοῦ χρόνον ἐφ' ὅσον ἂν ἑαυτῷ δόξη ἄρχειν ἐποίησε. Mommsen R. St. II, 244 sqq.

4) cf. Suet. Tib. 32: 'praesidibus onerandas tributo provincias suadentibus rescripsit: boni pastoris esse tondere pecus non deglubere'.

5) Marini arv. p. 547. Or. 3651 = C. I. L. V, 875: C. Minicius Italus proc. prov. Asiae quam mandatu principis vire defuncti proconsulis rexit; Ruinart acta mart. p. 231: rapti sumus ad procuratorem qui defuncti proconsulis partes administrabat — a. 260 p. C.

6) Ruinart acta mart. p. 95: Hilarianus proc. qui tunc (a. 202) loco proconsulis Minucii Timiani defuncti ius gladii acceperat (Carthagine). Henzen 5530: procur. Asiae vice proconsulis. Henzen 6932. 6923. Firmicus III, 5: in magnis administrationibus iuris gladii decernit potestatem. Or. 3664. 3888. Marini arv. p. 624<sup>b</sup> sq. 547. 763. 771.

7) Dig. II, 1, 23: procuratores qui partibus praesidis funguntur.

legato sive procuratorum et pro legato adhuc plures quam hi innotuerunt:

C. I. L. V, 3936: Q. Caecilius Cisiacus Septicius Picus Caecilianus proc. Augg. et pro legato provinciae Ractiaei et Vindeliciaei et vallis Poeninaei.

C. I. L. VIII, 9990 = Or. 3570: P. Besius Betuinianus proc. pro legato prov. Mauretaniae Tingitanae.

Henzen 6933: . . . proc. pro legato prov. . . . cf. C. I. L. V, 7370. cf. Recueil de Const. 1866 p. 85. n. 103.

C. I. L. VI, 1630: admodum mutilus est.

Deinde etiam alia munera procuratoribus mandabantur (Henzen 2530), prologista erant (Hertzberg, gesch. Griechenlands II, 149) et census exercebant. Suet. Tib. 21. Wilm. 1283. C. I. G. 3751: ἐπίτροπος τῶν Σεβαστῶν ἐπαρχείας Γαλλίας Ἀκυιτανικῆς ἐπὶ κήνσον. Sed de his rebus alio loco agendum mihi erit.

Ut provinciae iurisdictionis causa in conventus erant distributae <sup>1)</sup> (Plin. h. n. III, 3. V, 19), ita quoque procuratoris tractus discernendi quorum fines paucis lineis adumbrabo. Dioeceses enim procuratorias <sup>2)</sup> minime easdem fuisse atque proconsulares, sed alio quodam modo compositas perbene nos docuit Africae distributio <sup>3)</sup>: tractus Hadrumetinus et Numidia ex parte sub proconsole erant, ex parte sub legato. Aliae etiam erant dioeceses procuratoriae quae ob census accipiendos sive ad annonam comparandam vel

Cod. Iust. IX, 20, 4: qui vicem praesidis tuentur; Cod. Iust. III, 3, 1: qui vice praesidis agunt. C. I. L. III, 251. Or.-Henzen 3570. 3664. 5530. 6932. 6933. Mommsen Ep. Anal. 22 (ber. der sächs. gesellschaft 1852 p. 242). Tac. ann. XIV, 32.

1) Quae partitio initium erat Diocletiani distributionis. Lact. de morte pers. 10: provincias in frusta concisit. cf. Kuhn II, 201. 204. 217.

2) Interdum etiam provinciae sunt appellatae. C. III, 1464: provincia Porolissensis.

3) Dioeceses Africae proconsulares erant: 1) Carthaginiensis (C. II 1262. 4510. 4511. Henzen 6498); 2) Hipponiensis (Mommsen I. N. 1433. Henzen 6482); tertia dioecesis quam tituli C. VIII 7059/61 prodere videntur, definiri nequit. Fortasse erat Hadrumetina aut Tripolitana. cf. C. VIII p. XVI.

aliam ob causam definiebantur. Nam non modo procuraturae civiles coniungebantur<sup>1)</sup> sed etiam provinciae procuratoriae complures saepe uni viro ad tempus sunt attributae. Provinciae administratio in una urbe primaria gerebatur, ubi et proconsul sive legatus Augusti et procurator Augusti habitabant. Aliud sane evenit in Belgica et Germania. Procurator enim Augustae Trevirorum sedem habuit (C. III, 5215. VI, 1625<sup>a</sup>. Brambach C. I. Rh. 808), legatus Durocorti (Reims) cf. Strabo IV, 3, 5. p. 194 ἀξιολογώτατον δ' ἐστὶν ἔθνος τῶν ταύτη Ῥῆμοι καὶ ἡ μητρόπολις αὐτῶν Δουρικορτόρα μάλιστα συνοικεῖται καὶ δέχεται τοὺς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμόνας. Nonnullae quidem urbes provinciis erant exceptae ut Alexandria et Lugdunum (cf. Seneca ep. 91, 10. 'Lugdunum civitas arsit opulenta ornamentumque provinciarum quibus et inserta sit et excepta'). Quomodo dioeceses procuratoriae singulis in provinciis sint constitutae alio loco enarrandum putavi cum proconsulum et legatorum auctoritatem illustrabo eorumque provinciarum administrationem exponam.

Haec fere de procuratorum officio et auctoritate explorari possunt. Pauca quidem sunt neque admodum certa; fortasse autem haec disquisitio nonnulla adhuc non satis explorata in lucem protulit. Resfat ut aliquot verba faciam eo tempore quo procuratoris in titulis desinit mentio.

Tertio vero saeculo cum munera civilia et militaria separarentur tota etiam provinciarum administratio usque ad id tempus per legatos et procuratores confecta prorsus est mutata: administratio praesidi, exercitus et imperium duci permittitur<sup>2)</sup>.

Praeses<sup>3)</sup> (ἡγεμῶν ἐπιστάτης ἀρχηγός) iam apud Tacitum extat (ann. VI, 41. XII, 45), saepius vero Suetonius<sup>4)</sup> hoc verbum usurpavit, quod Macer (Dig. I, 18, 1<sup>5)</sup>) hoc modo definit: 'praesidis nomen generale est eoque et proconsules

1) Hirschfeld p. 267 ab epistulis et a patrimonio — a libellis et censibus — procur. patrimonii et hered. Or. 3345.

2) Hirschfeld p. 256. Mommsen R. St. II, 251 sq.

3) Mommsen R. St. II, 230.

4) Suet. Aug. 23. Tib. 32. 41. Otto 7. Vesp. 6. Domit. 8.

5) cf. Mommsenii annotationes ad eum locum et Borghesii opera V, 405.

et legati Caesaris et omnes provincias regentes, licet senatores sint, praesides appellantur: proconsulis appellatio specialis est'. Idem fere Papinianus in Dig. I, 18, 20 — qui locus inter annos 198/206 est scriptus — tradit: 'legatus Caesaris id est praeses vel corrector'. Hoc nomen quod a Diocletiani aetate omnes qui provinciis praesunt<sup>1)</sup> significat, usurpatur etiam pro iis qui quasi procuratores aut legati in provinciis funguntur<sup>2)</sup>. Exempli gratia procuratori provinciarum Belgicae et utriusque Germaniae qui res fiscales administrabat praesidis nomen tribuitur (C. I. L. III, 5215. VI, 1625<sup>a</sup>) quod sane nescio an non fuerit huic soli proprium cum procurator eius provinciae semper gradum superiorem obtinuerit legatumque pro praetore aequarit<sup>3)</sup>. Post Septimum Severum<sup>4)</sup> iam inveniuntur legati Augusti pr. pr., praesides, ut: Or. 905: Q. Venidius Rufus leg. Aug. pr. pr. praeses provinciae Syriae Phoenices (c. a. 200). — Or. 3554: M. Nonius Mucianus (consul anni 201) leg. Aug. pr. pr. Pannoniae inferioris, praeses. — Or. 182: Cl. Aelius Pollio leg. Aug. pr. pr. Germaniae sup., praeses. Wilm. 1474. C. I. L. III, 90. 202. 205.

De ducis significatione Mommsen in excursu addito libro: A. de Sallet, 'die fuersten von Palmyra' haec dicit: 'dux bezeichnet bei den Roemern den anfuierer im kriege, ohne damit eine bestimmte rechtliche stellung oder gar ein festes rangverhaeltniss auszudruecken'. cf. Cic. de off. III, 26, 99, ubi Regulus captus dicitur Xanthippo duce imperatore Hannibale. 'vorzugsweise aber wird dux von einer ausserordentlichen mission gebraucht. der legat freilich ist auch dux in seiner provinz; vorzugsweise aber ist dux der subaltern-officier der eine legion, ein corps commandirt'. Comparandus mihi videtur Zosimi locus (II, 33): ἐφεστῶτων γὰρ τοῖς

1) Dig. I, 18, 4 (Ulpianus): 'praeses provinciae maius imperium in ea provincia habet omnibus post principem'.

2) Mommsen R. St. II, 230 ann. 5 comparat praesidis et praetoris nomen.

3) Hirschfeld Comm. Momms. p. 444. Non est verisimile per adulationem Treviros praesidis nomen posuisse. Haec procuratio summo etiam salario erat donata.

4) Quod Hirschfeld l. c. p. 444 ann. 45 recte contendit.

ἀπανταχοῦ στρατιώταις οὐ μόνον ἑκατοντάρχων καὶ χιλιάρχων ἀλλὰ καὶ τῶν λεγομένων δουκῶν, οἱ στρατηγῶν ἐν ἑκάστῳ τόπῳ τάξιν ἐπέιχον <sup>1)</sup>).

<sup>2)</sup> Praesides igitur erant praepositi provinciarum imperio militari carentes <sup>3)</sup>, duces appellati sunt ii qui rei militari in iisdem provinciis praefuerunt. Quo anno haec mutata provinciarum forma sit instituta nondum constat. Borghesi Alexandrum Severum qui teste Lampridio (c. 24): 'provincias legatorias praesidiales plurimas fecit' novae administrandi rationis auctorem fuisse putat <sup>4)</sup>. Contra W. T. Arnold, (the Roman system of provincial administration. London 1879) Aurelianum demum hoc instituisse censet quod a. 260 legatus pro praetore Numidiae, a. 283 praeses Numidiae invenitur.

Hanc quaestionem vix diiudicandam esse puto. Duces enim iam ineunte saeculo secundo commemorantur. Tib. Claudius Candidus qui p. C. 105 consul erat, legatus Aug. pr. pr. Hispaniae citerioris et in ea dux terra marique ad versus rebelles Hispaniarum duarum item Asiae item Noricae<sup>4)</sup> titulo Tarraconensi (Or. 798) dicitur. Septimio Severo imperatore L. Marius Maximus dux exercitus Mysiaci apud Byzantium erat (Or.-Henzen 5502). Huc etiam referendi videntur duces illi limitis ut Fulvius Boius dux Raetici limitis (p. C. 261) Vop. Aur. 13 — Bonosus dux Raetici limitis (p. C. 270/3) Vop. Bon. 14.

1) Hist. A. Pesc. Nig. 6: Fuit ergo Niger miles optimus, tribunus singularis, dux praecipuus, legatus severissimus, consul insignis. Hist. A. Max. 5. 6.

2) Borghesi Ann. Inst. 1853 p. 201.

3) Kuhn jahrb. fuer class. philol. 1867 p. 713. Kuhn II p. 206. Kuhn ibid. 207: das halbe jahrhundert von Alexander Severus bis auf Diocletianus ist das dunkelste der römischen kaisergeschichte. neuerungen in der verwaltung der provinzen stehen an seiner schwelle: so die verwandlung vieler legatorischen provinzen in praesidialische. . .

4) cf. titulum M. Porcii Catonis apud Seidl beiträge p. 83.

## CONSPECTVS PROCVRATORVM.

In componendis his ut ita dicam fastis procuratoriis ita sum versatus ut eos tantum procuratores colligerem qui provinciis praesiderent omitteremque illos officiales qui munera quaedam per provincias administrarent. Quo fieri potuit, tempus quo quisque procurarit annotavi ad locum quo titulus est repertus. Operam navavi ut ex omnibus qui mihi praesto erant inscriptionum delectibus procuratores comportarem etsi non dubito quin nihilominus quosdam praeterierim. Neque facile erat diiudicandum qui procurator Augusti nude dictus utrum provinciam regeret an ad civile munus administrandum in provinciam esset missus. Quam ob rem quae in hoc conspectu desiderari possint ne in vitium mihi vertantur, rogem. Aegypti praefectos, quos A. de Gutschmid in appendice ad librum: S. Sharpe, geschichte Aegyptens (in linguam nostram tralatum ab H. Iolowicz) II p. 316 perbene contulit, et procuratores Alexandriae non enumeravi.

Achaia <sup>1)</sup>.

M. Maenius Agrippa L. Tusidius Campestris proc. prov. Achaiae. Or. 804. prope Camerinum. cf. C. VII, 379. a. 117/138.

Theoprepes Aug. lib. proc. Achaiae et Epiri et Thessaliae C. III, 536 = Or. 2952. Corinthi. Alex. Severo imp.

? ἐπίτροπος τῆς Ἠπείρου. Arrian epict. diss. III, 4.

[Messala praeses Achaiae H. A. Claud. 15. saec. III.]

Aurelius Memmius Tuscus (Fuscus). C. I. G. 1078. consul a. 258.

M. (?) Postumius Acilianus proc. prov. Achaiae. C. II. 2213. Cordubae.

Aurelius Dionysius proc. Aug. C. III, 535. Corinthi.

Q. Fat . . . Q. F. Ca . . . proc. prov. Achaiae.

C. III, 6098. Corinthi.

} incerti  
tempor.

1) Procur. Rhodi cf. Philol. XXIV p. 383 sq. Αὐρ. Ἀλφειὸς ἐπίτροπος Σεβαστῶν (C. I. G. 1328|9) et Αὐρ. Ἐλπιδέφορος ἐπίτροπος τῶν Σεβαστῶν qui M. Aurelio et L. Vero imp. procurabant non praesidebant provinciae.



Λικίνιος Ὀφέλλιος Μ . . . Μακεδῶν ἐπίτροπος } incerti  
 Σεβαστοῦ Ἡλείου. C. I. G. II p. 983. n. 1813<sup>b</sup>. } temporis  
 C. III, 536.

## Africa.

Baebius Massa e procuratoribus Africae. Tac. hist. IV, 50.  
 cf. Mart. XII, 29.

T. Flavius Gallicus proc. Aug. prov. Africae tractus Cartha-  
 giniensis <sup>1)</sup>. C. VIII, 1269. Chisiduone. Hadriani tempore.

Claudius Paternus Clementianus proc. Aug. provinciar. [Iudaeae  
 vices agens legati Sardiniae] Africae. C. III, 5776. cf.  
 eph. ep. IV, p. 536. — a. 138/161.

? cui divus Aurelius Antoninus centenariam  
 procurationem prov. Hadrimetinae dedit. Henzen 6931.  
 Lugduni.

Tyrrenus lib. proc. reg. Thevestinae. C. VI, 790. Romae.  
 Commodi temp.

Tussanius Aristo procur. e. v. C. VIII 10570, 4. 11. in saltu  
 Burunitano a. 180/3.

Socrates proc. Augg. nn. trium (?) regionum (?) — C. VIII  
 4365. Gibbae. a. 195.

Hilarius proc. qui ius gladii acceperat. Ruinart acta mart.  
 p. 95. cf. p. 231. — a. 202.

L. Iulius Victor Modianus proc. Auggg. nnn. per Numidiam  
 vices agens proc. tractus Thevestini. C. VIII, 7053 <sup>2)</sup>.  
 Cirtae. a. 209/211.

L. Fulvius Kastus Fulvianus proc. Aug. prov. Africae tractus  
 Carthaginiensis. C. VIII, 1578. Musti. ineunte saec. III.

M. Tuticius Proculus proc. Aug. <sup>3)</sup>. C. VIII, 1625 Siccae.  
 saeculo III.

? οἱ τῶν τῆς Λιβύης πραγμάτων } Gordianorum  
 ἐπίτροποι. Zon. XII, 16. } aetate  
 ? ἐπετρόπευέ τις Καρχηδονίας χύ-  
 ρας. Herod. VII, 4, 2. C. VIII, 10570. }

1) T. Flavius Macer proc. Aug. praediorum saltuum Hipponien-  
 sis et Thevestini. C. VIII, 5351. Calamae (Traiano imp.) fortasse  
 huc est referendus.

2) cf. Annuaire de Const. 1861 p. 103.

3) Quem Wilmanns C. I. L. VIII p. XVII ex munero procura-  
 torum reg. Hipponiensis et Thevestini fuisse ratus est.

- |   |                               |
|---|-------------------------------|
| <p>? proc. Africae reg. Tevestinae. Fabretti<br/>199, 484. Ostiae.</p> <p>Bassus proc. tractus Carthaginiensis. Henzen 6935<br/>= C. VI, 8608. Romae.</p> <p>. . tonius Zeno proc. C. VIII, 1480. Tuggae.</p> <p>C. Cas . . . proc. Aug. C. VIII, 1627. Siccae.</p> <p>M. Claudius Restitutus proc. Aug. dioeceseos re-<br/>gionis Hadrumetinae et Thevestinae. C. VIII,<br/>7039<sup>1)</sup>. Cirtae.</p> | <p>} incerti<br/>temporis</p> |
|---|-------------------------------|

## Alp es.

- ? procur. regni Cotti et prov. Narbonensis<sup>2)</sup>. *Bullet.*  
d. J. 1853. p. 182 (C. III p. 588). Romae. a. 14/37.
- Marius Maturus procurator maritimas tum Alpes tenebat.  
*Tac. hist.* II, 12. III, 42<sup>3)</sup>. a. 69.
- L. Valerius Proculus proc. Aug. *Alpium maritimarum*<sup>4)</sup>. C. II,  
1970. cf. *Grut.* p. 255 n. 1—3. Malacae. a. 144.
- Q. Caicilius Septicius Pica Caicilianus proc. *Augg. et pro le-*  
*gato prov. Raitiai et Vindel. et vallis Poeninae.* C. V,  
3936. Veronae. Marco et Vero imp.
- C. Iunius Flavianus proc. *Alpium marit.* C. VI, 1620. Ro-  
mae. circa fin. II saec.
